

Off. 60.4.

DISSESSATIO THEOLOGICA INAVGURALIS, 13.
DE
**ADPARITIONE DEI
SYMBOLICA**

AD
ORACVLVM

I. REG. XIX. II. 12. 13.

QVAM

D. T. O. M. CLEMENTER ADIVVANTE
EX DECRETO ET AVCTORITATE
VENERANDI ORDINIS THEOLOGICI
IN PERINCLVTA ACADEMIA MARBVRGENSI
MODERATORE
VIRO MAXIME REVERENDO ET EXCELLEN-
TISSIMO

**IOH. CHRISTIANO
KIRCHMEJERO,**

S. S. THEOL. DOCT. ET PROF. PRIMARIO, NEC NON CONSILIARIO
ECCL. MERITISSIMO,
STVDIORVM SVORVM PROMOTORE NVNQVAM
NON DEVENERANDO
AD SVMLOS IN THEOLOGIA HONORES RITE CAPESSENDOS
A. D. V. NOVEMBRIS MDCCXXVI.
EXCELL. DNN. PROCERVUM ACADEMÆ DISQVISITIONI
SVBMITTIT

FRANC. VLRICVS WALTER,
PROF. LING. GRÆC. IN ACAD. RINTHELENSI P. O. ET ECCL. REFORM.

PASTOR.

ah.

MARBVRGI CATTORVM,
TYPIS PHILIPPI CASIMIRI MÜLLERI, ACAD. TYPOGR.

ALICE M. KING



Præfatio ad Lectorem.

PHilostratus aliquis nescio quem Apollonium Thyanæum veluti Semi Deum morti exemptum variis colo-
ribus affabré depinxerat, & ita immortali naturâ vita Apol-
lorni circumvestiverat ut eum industrie ac eloquentiae sue admi-
nistraret. Opus hoc de
rificationem lectoribus suis potius, quam historiae fidein facere
voluisse, adparuerit. Scriptores qui sub specie veri fucum
facere student, & ut fertur, nubem pro Junone vendunt, Dem.
Ev-
verbis phaleratis suas plerumque hypotheses palliare & ador-
nare, ne prima fronte fraus veluti forex suo seipsam indicio 1059. ang. p.m.
prodat, opus habent. Rerum periti & quid distent ærasq*seqq.*
lupinis probè gnari detracta larva, errorum nebulas veri-
tatis luce discutunt. Veritas antiqua sua simplicitate nitet.
Veritates Divinæ suo lumine fulgent, & sese ad omnem ho-
minum conscientiam sponte commendant, ut in illas certe in-
jurius existimetur, qui πεθοῖς δύθρωπινς φόβιας λόγοις
1. Cor. 11. 4. eas obfuscare temere susinet. Veritates in ver-
bo Dei contentæ istiusmodi ornatu non indigent. Qui Ocea-
no aquam & Soli lucem suggestere audet, aërem cœdit, idem
sentiendum de iis, qui de verbis solliciti in cortice hærent, ad
nucleum nunquam penetrant. Teste SENECA Oratio
folli-

sollicita Philosophum non decet : Ep. 100. multo minus
Theologum, cui maximè curæ cordique esse debet , ut ani-
mis , non auribus scribat . Quorsum hæc dicta sint B. L.
quum præsens dissertatio omnibus verborum lenociniis &
mangoniis rhetorum , quibus nec hacenus operam deditus ,
nec dabimus in posterum , nuda , tuo se conspectu sstat , fa-
cile vel nobis non monentibus intelligis . Voluimus idcirco
statim in limine omne de methodo præsentem materiam per-
tractandi præceps judicium declinare , & , quum tantum
ea , quæ , si Deus vires & otium clementissime concesserit ,
pleniora & alia facie olim in lucem proditura sunt , rudi-
heic penicillo ceu amplioris tractationis prodrorum ad-
umbraverimus , veniam H. L. si ejus palato non omnia re-
pondeant , perquam humaniter implorare . Spem hinc cer-
tam foremus Benevolum Lectorem , quem , quid mysteriorum
in prophetarum , quibus Deus sub Oeconomia legali
præsca futuræ gratiæ typum exhibuit , visionibus & vatici-
niis lateat , minime fngit , & qui bonique hoc scriptum , licet
singularum partium analysin , verborum situm atque nexus
propter ipsius visionis ßadōs curiatius observare non potueri-
mus , tum quod temporis & officii (erudite enim scribere fa-
cile esse illis , quorum quies non interrumpitur , apud omnes
in confesso est :) habenda ratio , tum quoniam impossibile in
tantillo chartarum spatio , ea , quæ pluribus Ecclesiæ perio-
dis in diversis circumstantiis propria sunt , exponere , con-
sulturum , aliud præmium non ambimus . Vale & nobis
fave !



ברכיה

DISSERTATIO THEOLOGICA
INAUGURALIS

DE

ADPARITIONE DEI
SYMBOLICA,

AD ORACULUM

1. Reg. XIX. II. 12. 13.

§. I.



Unus omnium gravissimum, imò Angelicis humeris formidandum, Propheticum esse, uti prudens nemo facile negaverit, ità præter Prophetarum, *Mosis* ad obeundum hocce à Deo vocati, cunctantis, *Ex III. ii.* *Jeremias* idem propter imperitiam & ætatem detrectantis *cap. I. 6.* *Jona* eò usque ex infirmitate carnis delapsi, ut fuga sibi consulere potius, quam tantum onus cui ferendo non sufficerent vires, suscipere maluerit, *cap. III.* exempla, evidenter admodum evincit similis *Eliæ*

A

*Muneris
Prophetici
gravitas.*

Vatis

2 DISSERT. THEOL. DE ADPA.

Vatis miserrimum sui ævi statum & Ecclesiæ vices dolentis, hinc persecutionum acerbitate correpti, conditio. Minimè quidem ὅτι οἱ θεοὶ οἱ πρόσωποι excusandi sunt, quod non statim suppetias à Deo tulerint, sed ultra progressi immunitatem à Deo impetrare studuerint, ac si plus oneris imponeret, quam essent ferendo. Nihilo secius tamen exinde, quam grave atque molestum munere propheticō, quum qui ad id à Deo electi & consequenter præclaris & naturæ & gratiæ dotibus exornati, non sine tremore in eo fuerint versati, illius Paulini 2 Cor. II, 16. οὐδὲ ταῦτα τις inavet; sed ad hoc quis idoneus? quasi memores, fungi, patescit. Hac etiam de causa Deus, quæ optima est ad officium animandi ratio, certiores de prospero successu, qui dubitatione segnes alioquin fuisserunt, Prophetas reddidit, & quòd alacrius ad opus accingentur præsentia & gratia sua promissione instruxit. Quod uti omnium temporum fideles Dei ministri experti sunt, ita de eo Elias testimonium omni exceptione majus subministrat, quum enim omni ope destitutus oberraret, subito visione gloriae Jehovæ erigebatur, in vividissimum argumentum Deum adesse suis, nec unquam deserere sibi confidentes, de quo ad præsentem locum, cui pro ingenii nostri modulo lucem foenerati conabimur, copiosior dicendi ansa dabitur.

I. Reg. XIX. II. 12, 13.

דֹאַמֵּר צָא ועֲמָדָה בְּהַר לְפִנֵּי יְהוָה וְהַנֶּה יְהוָה עַבְרוֹ וְרוֹא גְדוֹלָה וְחוֹק מְפֹרֵךְ
הַרִּים וּמְשֻׁבְרָם סְלָעִים לְפִנֵּי יְהוָה לְאַבְרָהָם הַוְהָאָה וְאַחֲרַה רֹוחַ רָעַשׂ לְאַבְרָעַשׂ
יְהוָה: וְאַחֲרַה הרָעַשׂ אֲשֶׁר לֹא בָאשׁ יְהוָה וְאַחֲרַה האַשׁ קָלָל רְמָה רָקָה: זֶה
כִּשְׁמוּאֵל אֱלֹהִים וְלֹט פְּנֵיו בָּאֲדָתָתוֹ וַיֵּצֵא וְעַמְּדָה פָתָח הַמְעוּרָה וְהַנֶּה אֱלֹוּקוֹל
יֹאמְרָה מָה-לֹךְ פָה אֱלֹהִים:

LXX Inter-

LXX Interpretæ.

Καὶ ἦπεν, ἐξελένσῃ ἄυριον, καὶ στην ἐνώπιον κυρίου ἐν τῷ ὅρει. οὐδὲ παρελεύσεται Κύρος. καὶ οὐδὲ πνεῦμα μέγα κεκταῖον διαλύσῃ ὅρη καὶ συντρίβον πέτρας ἐνώπιον κυρίου, ἐκ ἐν τῷ πνεύματι κυρίου. καὶ μετὰ τὸ πνεῦμα συστεισμός, ὃν ἐν τῷ συστεισμῷ κυρίου. καὶ μετὰ τὸ πῦρ φωνὴ ἀνεψιλεπτησι. καὶ ἔγενετο ὡς ἥκισσεν Ἡλίου, καὶ ἐπεκάλυψε τὸ πρόσωπον αὐτῷ ἐν τῇ μηλωτῇ αὐτῷ, καὶ ἐξῆλθε, καὶ ἦτη ὑπὸ σπήλαιον, καὶ οὐδὲ πῦρ ἀντὸν φωνὴ, καὶ εἶπε, τί σὺ ἐῆλανδα Ἡλίου;

Et dixit Dominus exi & consiste in monte isto coram Iehova, & ecce Iehova transibat & ventus magnus ac validus perfringens montes & perrumpens petras ante Iehovam, non verò in vento Iehova: post ventum autem terræ motus, non in illo terræ motu Iehova. Et post terræ motum ignis, non in igne illo erat Iehova: post illum ignem demum vox silentio tenuis. Fuitque quum audiret Elias velavit faciem suam toga sua, & exiens constitit in porta ipsius speluncæ. Quum ecce vox ad eum fuit, quæ dixit, quid tibi rei hic est Elia?

§. II.

Exhibetur in hisce Summi Numinis majestatis plena visio, quâ timidum & tum ob hostium tyrannidem in veris Dei cultoribus haec tenus exercitam, tum ubique furentem idolatriam Baaliticam valde adflictum Elia animum consolari, atque potentia sua demonstratione, quum momento hostes prosternere & fædissimos idololatras perdere posset eum non solum in munere suo confirmare, sed simul illi egregio Prophetarum maximi Jesu Christi typo veram regni Christi faciem, maximas inter persecutionum calamitasque procellas ab initio fere usque ad finem ob oculos ponere & per transitum cum horribilibus portentis conjunctum causam, quare

A 2

Differen-
tiationis Ar-
gumentum
& divisio-

CONC.

4 DISSERT. THEOL. DE ADPA.

conditio Ecclesia non adpareat splendoris, indicare voluit, eo cum effectu, ut Elias praesentia Jehova certus veram Ministerium Evangelii & fidelium maxime Novi Fœderis formam per pulchre expresserit.

Divisio verborum præsentis thematis esto sequens:

A. MANDATUM JEHOVÆ, quo Eliæ injungitur ut exeat.

I. Forma hujus mandati יאמְר צָא וּמַדֵּה Et dixit ext & confiste, ubi notetur.

a. Quod Eliæ præcipiatur ut confistat.

b. Indigitetur locus in quo debeat confistere
בָּהּ לִפְנֵי יְהוָה qui

a. הַר mons & quidem

b. הַר mons iste coram Jehova.

II. Causæ hujus mandati prolixæ enarratae & Ecce Jehova transibat quo pertinet

a. Ipse transitus Jehovæ הַנֶּה יְהוָה עֲבֹר

b. Consequentiæ illius, quæ ita ordine suo disposita ut iterum hic spectanda.

c. Diversa subjecta.

a. Ventus magnus ac vehemens perrumpens montes
& perfringens petras coram Jehova.

b. Concusio post ventum.

c. Ignis post concusione.

B. MANDATI EXECUTIO, ubi
I. Promptum Eliæ obsequium.

¶ Gau.

RITIONE DEI SYMBOLICA.

5

א. Causa quum scilicet audiret רְמַה רָקַת קול vocem silens.
tui tenuis.

ב. Quomodo mandatum impleverit.

א. Quod velaveris faciem suam pallio suo וְלֹט פִּי בְּאַדְרָת

ב. Ita exiverit, ubi dicitur

א. In genere, quod extens consisterit יְצֵא וַעֲמֹד

ב. In specie in quo loco בְּחֵת הַמְּעָרָה in porta spelunca.

II. Effectus illius dupliciter descriptus secundum

א. τὸ ὅτι quod fuerit ad illum

α. Vox קול

β. Vox Domini הוּא קול

β. τὸ πῶς quomodo vox Domini ad illum fuerit

per modum interrogationis מה־לְךָ פֵּה אַל־יְהוָה

Quid tibi rei hic est Elia?

Præsentem materiam ita sumus tractaturi ut illa quæ ad sensum literalem præprimis spectant, præmittamus, deinde vero δηλωσιν πνευματικην sive sensum mysticum addamus. Pater luminum retegat oculos nostros & Spiritum Sanctum largiatur ducem, qui cœpta secundet, & ad sui ipsius gloriam nostramque salutem dirigat.

§. III.

Instituti mei non est quorundam veterum Rabinorum commenta, quibus Prophetam nostrum eundem cum PINCHASO Sacerdote, filio Eleazaris, nepote Aaronis, & sic binominem fuisse tradunt, quemadmodum id Rabbi KIMCHI in *t. Reg. XVII. 1.* refert, quamvis simul recte hæc & alia e longinquo petita esse adferat, sub incudem vocare; nec patriam quam Doctiss. JUNIUS sequenti modo delineavit: Thisbites h. e. incola partis illius Gilbadis, que ad Orientem spectat, temporibus Saulis Hagarenis ademta, hec autem Tescheb dicta est, vel eò quod veteres incole ad centum millia captivi abducti sunt: vel quod ex Israëlis trans Jordanem Colonia eò trans-

De Elia
patria, pa-
rentibus &
familia.
paucæ co-
gnita sunt.
Ratio cur
Propheta
noster cor-
ruptissimo
illo seculo
נֶהָרָה
vocatus.

6 DISSERT. THEOL. DE ADPA.

transmissa sint, ut eam inhabitarent, vide i Par. V. 21. Ex inquitinis Gilhadis b. e. colonis e Gilbade transmissis; nec parentes, nam neque pater, neque tribus neque familia describitur, sed repente & ex abrupto hic introducitur, nec etiam etymologiam nominis גִּלְבָּדְךָ cujus derivatio facilis est & tam denotat, cujus Dominus Deus est, vel qui se totum Deo mancipat, pluribus examinare. Id monuisse sufficiat illum sapientissimo Dei consilio in oppositione idololatrarum corruptissimo isto seculo, quo nullum ferd iniquitatis, quem Achabus Rex sceleratissimus, cui Propheta noster coetaneus, Ieeptrum Israeliticum teneret, 1 Reg. XVII, 3. malum fecit pra omnibus qui fuerant ante ipsum, seductus ab uxore Jesabele filia regi Sidoniorum, quæ truculenta Prophetarum Domini cæde & innocentis Nabothi sanguinis effusione, maximè vero Eliæ persecutione typum gessit spiritualis illius Jesabelis de qua Apoc. XI, 8. XVII, 2. &c. sic vocatum, varia de Eliæ Judæorum sententiæ videantur apud LIGHTFOOTUM volum I. p. m. 82. 266, & 386.

§. IV.

Elias vim
impositi no-
minis im-
plet.

Eliam impositi sibi nominis vim insigniter expressisse, ex ejus fervore in precibus 1 Reg. XVII, 20. 21. laudabili zelo pro gloria Dei, ob quem ab H. GROTIUS in III. Reg. XVII, 1. Vir excelsi animi & acer legum vindex meritò vocatur; quo zelo accensus falsos Prophetas, quos lex vita privari jussérat Deut. XIII. 5. XVII. 5. in necem dat conf. MÖMMAE Oeon. Temp. cap. 16. lib. 2. p. 314. stupendis miraculis, potentia Dei, quæ admirabilis circa illum fuit, 1. Reg. XVII, 6. 10-16. XIX. 5-8. denique adsumtione in cælum, dum vivus quoad animam & corpus in cælum sublatus, relicto pallio quod cum duplice Spiritu Elijahu portione Eliæ successor in hæreditatem cessit, manifestum est, unde *Helias* verè *Helios* (respectu ad ☐) verba sunt Divi CHRYSOSTOMI Tim. I. p. m. 420, in *Hemilia de adscensione Elie*, quoniam carru arque equis

equis fulgentibus, igne de Oceani fluctu i. e. de mundi commotione, per montium scopulos, id est per magnorum laborum difficultates progrediens, ad coelestia devectus ascendit.

s. V.

Omissis illis quæ de Baale ejusque cultu, de quo BONFRERERIUS, *Clariss. PFEIFFERUS op. Phil.* p.m. 188. & seq. BOCHARTUS *Geogr. Sacr.* 736. & 859. HUETIUS in *Demonst. Evangel.* p. 324. FULLERUS *lib. 2. Miscell. Sacr.* cap. 7. SELDENUS *de Diis Syris*, videri possunt, ad συνάφειαν materiæ suscepτæ breviter demonstrandam accedimus. Manifesto Elias miraculo indicaverat, non Baalem sed Deum Israelis verum Deum esse, quem totus Israelitarum cœtus cum ingeminatione בָּאֵלָה וְאֵלָה וְאֵלָה וְאֵלָה professus fuerat, & Eliæ exemplo provocatus pseudoprophetas hosce sacerdotes Baaliticos neci tradiderat. Ne verò ullum in Israelitarum mentibus dubium de potentia & majestate Jehovahæ supereisset, Jehovaham pluviam daturum prævidet atque promittit, quo notabilem iterum Divinæ suæ missionis caratterem prodidit conf. *Van TILL Op. Analyt.* Tom. I. p. 697. Quamvis verò egregium Elias triumphum de Baalitis reportasset, atque eo sui muneric partes haud segniter adimplevisset, novum illi rursus imminet periculum, impia enim Jefebel, nuntio de Baalitarum inopina clade accepto, interitum Eliæ certissimum minitatur vs. I. 2. Metu igitur percussus, vitæ sua potius consulere, quam Jefabelis furorem sanguine suo expiare maluit, hinc puero suo Beer-Schebæ Judæ relicto, rectâ tendit in desertum, ibique sub juniperô quadam, cuius quidem gravis umbra, teste MARONE, sed quam tamen, teste PLINIO, serpentes fugiunt, veluti in tuto portu recubat & animo ex instantibus periculis valde adflicto ac perturbato expedit moriem vs. 3. 4. 5. Quod voto obdormiens excitatur ab angelo, atque ut adpositis vescatur, etiam secundâ vice, quum recubuisset admonetur vs. 5. 6. 7. cibo hoc angelico confortatus, iter quadraginta die-

συνάφεια
cum prece-
dentiibus.

8 DISSERT. THEOL. DE ADPA.

dierum & noctium, per vias in vias in deserto vagatus, usque ad Chorebum montem conficit vs. 8. itinereque hoc satis longo & perarduo delassatus, quietis ergo in speluncam, quandam ad pedem montis secedit, in qua præter mentem præsentiam Jehovah exeperitur versus *nori parte prima*. Quibus ita perpensis pronum est colligere subortos tum propter fratrum immedicabilem duritiem & in idolatria protervam perseverantiam, tum imminentia mala serupulos animum Propheta alias constantem tentare potuisse, quapropter Deus fideles servos sibi curæ cordique esse allocutione *versus noni parte secunda* declarat. *Quid tibi rei hic est Elia?* ad quam quum respondisset vs. 10. denuo verbum Dei ad illum non solum per modum quæstionis sed eriam imperativi: *Confiste in monte coram Jehova:* cujus mandati rationem sequentia suppeditabunt.

§. VI.

Mons Chor-
reb cur sic
dictus.

Mons Chorreb idem ut Sinai *Aetor.* VII, 30. in desertis Arabia, loco inculto ac sterili procul à Canaan, situs. Chorreb & Sinai sunt duo juga ejusdem montis. Sinai altior tractus Chorobi pars, unde inde quidem non solum in mare rubrum, verum etiam in totam terram Canaan prospectus debatur vid. Petrus BELLONIUS *Obser. lib. 2. cap. LXII.* seq. in hujus montis cacumine, quod teste BELLONIO l. c. quatuor tantum psaluum latitudinem habet Moses cum Michaele illo administratore F. G. Dei filio, remotis arbitris, vidente tota congregazione Israelis, de ore ad os egit, & fundamentum commune utriusque Fœderis præcepta, quæ qui facit vivit in illis, & formulam in specie F. G. credentes verè vivificantem atque confirmantem accepit. Haud spernenda est Lud. CAPPELLI *Observatio ad Gal. IV, 27.* Sinai montem dictum esse à voce *רֹם* que & Hebraicè & Arabicè *spinam, rubum, & jenicerum* significat. Deus enim est hic *רֹם de rubo* Mosen allocutus. Mons item Horeb *הַרְבָּאֵת* siccitatem & vastitatem notat. Deus nempe istiusmodi loca

RITIONE DEI SYMBOLICA. 9

loca & nomina certo consilio in danda lege delegit, ut rebus
nomina, & typis suis res Ἰωνω Σειρα: responderent. Lex
si in se sola consideratur homini peccatori quovis saxo vel
fabuloso deserto aridior est à qua ne guttula quidem veræ con-
solationis & pietatis in corde humano exprimi posset; horren-
dam enim vastitatem & desolationem minis suis & maledi-
ctionis interminatione facit, quibus, seu spinis quibusdam,
conscientiam peccatoris foditat, & pungit. Ita Chorebum
vi originis à siccitate ξηρατία Græcis dicta irà reddunt ai-
էְבֹדְעַמְנוּיָה Jud. VI 37. seq. astu Græcis καιμα, & denique
gladio tanquam instrumento vastationis, nomen habere con-
stat; eosdem significatus voces הרוב והרכבתא חרבן apud Talmudicos obtinent vid. BUXTORFIUS in Lex.
Talmud. 819. ibi ex Sanhedr. fol. 71. in voce הרוכבתא refert
מִקְומֵה הַהִיא בְּתַחְום עַזָּה וְזֶה קְרִוֵּן אָתוּן מִקְומֵה Locus fuit
in terminoAffa quem vocarunt DOMUS Leproserum. Hic
mons vs.8 hujus capitidis dicitur הר אלְהָסָתָה mons Dei Choreb
א.) Non sine insigniori respectu ad legis promulgationem
priori ævo factam, quâ Deus se publice Deum Foederis pro-
nunciat, cui sententiæ favet Magnus CALVINUS in
Ex. III, 2. *Dum illic promulgata lex fuit, qualcum illum cou-
secravis.* Satis notum est Horeb eundum esse montem qui Sinai
dicitur: nisi quod nomen in diversis & oppositis lateribus muta-
tur: quia proprie in situ orientali dicitur Sinai, qua autem parte
vergit ad occasum, Horeb. Quum ergo illic apparuerit Deus,
tot præclaræ cœlestis sua gloria signa dederit, quum fædus percus-
serit cum populo, regulam perfecte sanctitatis prodiderit, singu-
laris quæsita fuit loco dignitas. β.) Quod eximium & ma-
gnum est, id Dei esse dicitur ab Hebræis, Chorebus ingentis
altitudinis erat ideo vocatur הר-אלְהָסָתָה mons Dei, quemad-
modum Ps. XXXVI, legitur: *Justitia tua sicut montes Dei*
כָּהֲרוֹת-אֶלְלָה.) Vera demum ratio, quare Sinai mons Dei
vocetur, est, quod Deus non solum uti supra monui, olim
B. in

B

i

in illo legem promulgavit, sed & Eliæ præclaro servatoris nostri IESU Christi typo, gloriam suam conspiciendam exhibuit, ita ut *κατ ἐξοχὴν* nomine MONTIS DEI insigniri debeat.

§. VII.

*Quarum
rerum em-
blemata
montes.*

a. Montes in S. literis imagines sunt regnorum & potentium populorum, qui instar montium præminent in mundo cont. *Jer. II, 25.* Ecce ego contra te mons corruptor, quod FLACIUS ita exponit: Sic vocat Babylonem licet fuerit in plano sita ob altitudinem dignitatis & potentie, qua sicut pre-altissimus quidam mons super reliquias civitates & populos eminuit. b. Denotant elatos quosvis hostes regni Dei *Es. II, 14.* Dies Domini super omnes montes excelsos, & super omnes colles elevatos conf. cap. XL, 4. Mons magnus igne ardens projectus est in mare *Apo. VIII, 8.* c. Montes Ecclesiam Christi præfigurant *Es. XI, 9. & LXV, 25.* Non nocebunt neque perderent in universo monte sanctitatis meæ. In eo enim distinatum est regnum Christi à regnis hujus mundi, quod in his alii alios perdunt, in illo regnant pax, mansuetudo &c. conf. in prædicta loca CALVINUS & COCCEJUS.

§. VIII.

*מִעֵד
cujuſ uſus
& Symbo-
lum.*

Chorebo adjacebat *σπήλαιον* spelunca ab excavando vel evacuando denominata, Germanicè eine Grube, Höle, בָּאַר vel pro uno eodemque sumi videntur, propriè בָּאַר cujuſ radix ε Syriamo י defolatus, vaſtus est, repeti posset, ex mente doſtiorum quorundam Hebræorum est cisterna, & quidem extructa, ubi aquæ non scaturirent, sed colliguntur, unde aquas habere, iisque carere potest. Speluncæ in genere interviunt vel ad capiendum, *Ps. VII, 16.* vel ad delitescendum *I. Sam. XIII, 6. Prov. XXVII, 7.* vel ad sepeliendum *Jer. XXXVIII, 6. 7. 8. 10.* hinc foveæ & speluncæ metaphorice usurpantur atque Symbolum nobis præbent omnis miseriae & calamitatis, status iræ, damnatio- nis

nis & maledictionis divinæ, in quem ceu profundum carcerem inciderat per peccatum universum genus humanum, ubi nulla aqua viva consolationis, gratiæ & beatitudinis.

§. IX.

De itinere & fuga Eliæ, tædio inde quidem ex purioris cultus neglectu concepto, hinc verò metu ex minis Jesabelis orto tribuenda, à Beer. Seba Jehuda usque ad Chorebum, quod iter quadraginta dierum ac noctium spatio, quum citius multo, quatuor aut quinque diebus confidere potuisset, nisi hoc illucve fugientium more vagatus, emensus imprætentiarum nobis non lubet esse prolixioribus. Diffidentia quadam specie Prophetæ, qui derelictæ vocationis & neglecti sibi demandati muneris argui posset, se præoccupatum prodit, quum non plenus Divinæ protectioni se committeret, debuit sane hoc modo experiri miracula antea patrata Divino beneplacito & potentia in solidum esse accepta ferenda, atque utità בֶן־אָרָם filium hominis se agnoscerer. Vide sodes humani pectoris segnitiem, qui enim Achabi regis furorem parum curabat, sed in illius quasi conspectu impios Baalitos omnes ad torrentem kischon jugulavit, hic minis mulieris exanimatur. Hoccine humanæ imbecillitatis manifestum indicium? quum qui pridie nec regem nec sacerdotes, nec furentem populum timuit, ad unius fœminæ minas fugit & tanto constringitur pavore? quem CORNELIUS à Lapide ità interpretatur: *Deus subduxit ei robur, ut illud agnosceret esse donum Dei, utque ipsum in humilitate conservaret,* & THEODORETUS in 3. Reg. Inter. LIX. Cur quum tantas haberet vires, solam timuit Jesabel? ità respondeat. Quoniam non solum erat Propheta, sed etiam homo, & alioqui timor erat Divinae dispensationis. Nam ne miraculm magnitudo ejus spiritus nimis attolleret, concebat gratia naturæ, ut timorem susciperet, ut suam agnoscerer imbecillitatem. Ea de causa etiam significavit Dominus permanisse septem milia ab impietate libera: num verò Deus itinere hoc quadragesimali patientiam ei sua.

Eliae pavore
infirmita-
tis indi-
cium.

suadere atque ad animum illi revocare voluerit quomodo Ecclesia Israelitica in deserto per quadraginta annos prius peregrinari debuerit, quam ad terrae Canaan possessionem illiusque bonorum fruitionem admissa, ita hujus ad exemplum Eliam quoque experiri debere non dari accessum ad Deum ejusque communionis fruitionem nisi ritè præparatis, id suo relinquimus loco.

§. X.

*Elias jube-
tur in mon-
te consiste-
re.*

Mandatum quod Deus Eliæ dedit ejus erat tenoris: *Exi & consiste coram Iehova in isto monte.* Quos conscientia alias propter peccata remordet, quique in illicitis versantur actibus latibula querunt, & ad foliorum sonitum expavescunt, uti LUCIANUS lib. 8. ait de Pompejo fugiente

Pavet ille fragorem motorum ventis nemorum.

Plerumque ex inquietudine animi corpus existit tremulum, conscientia impios ut latere malint, quam in luce versari impellit. Stulti verò fugiunt, quem effugere non posunt. Non sic decet piis, non sic convenit fidelibus Dei ministris qui causam Dei agunt. Hinc minime mirum Eliam ex latibulis protrahi; indigitatur locus in quo consistendum esset: *Consiste in monte I S T O,* erat Sina vel Choreb, in cuius vertice remotis omnibus veprium fruticumque impedimentis liberior dabatur prospectus, quo veluti $\pi\pi\pi$ *Ief. XXI. 8. Speculator* ad singula quæque objecta & sequentem visionem ed curatius attendere posset: non Prophetæ libertati in quo vellet loco consistere permisum, sed ex instituto Divino hic vivendum erat, quid Deus ab Elia fieri velit indicabatur mandatō: *consiste,* sedere enim commoditatis vel quietis indicium est, stant qui aliquid exequi intendunt, igitur Prophetæ in hoc monte consistere debebat tanquam promptus & alacer ad iussa Divina rite percipienda & sine mora exequenda: Quasi Deus illi diceret: Non hic in obscuro antro tuo officio satisfacis, non hic tua ego operâ, non hic recte tua cha-

charismata collocantur, sed ea potius in Iudaea, Samaria, Damasco impendenda sunt ad hominum ædificationem, qualem enim in hac spelunca à consortio fratrum alienus fers fructum, Tuum jam est, prouti nomine meo vocaris, esse fortè atque timoris nescium, non cum tenebrarum filii terræ gleba adfixum, quæcumque meo agis nomine, in luce prout ego lux sum, coram omnibus libere exponenda sunt, deserta enim statione tua delitescendo nihil proficies, quia manum Dei tandem non effugies quæ illic te collocaverat, linque idcirco hoc obscurorum antrum quod sinistrè tuæ & tranquillitatæ & securitati inservire putas, ad quæcumque misere te ito, & quæcumque præcepero tibi loquitur, ne timeto ab ipsis, nam adsum tibi ad eripiendum te Jer. I. 7. 8. In specula tu consiste jugiter interdiu, & in observatione tua perfeta totis noctibus. Jer. XXI. 8.

§. XI.

Quo יהוָה de præsentiæ Jehovæ plenius convincetur, additur, consistes in monte CORAM JEHOVA יהוָה הַפִּי quis hujus præstantissimi nominis sit sensus ita inter eruditos constat, ut de novo illud explicare, actum agere videri queat, relpicitur ad foedus cum Mose & populo Israelitico in hoc ipso monte olim initum, quod sequenti notabili exordio inchoatum: תְּהִלָּה יְהוָה אֱלֹהֵינוּ in signum impleimenti (ex parte tantum) promissionum Abrahamo, Isaaco & Jacobo, quibus Deus hoc nomine non innotuerat Ex. VI. 2. factarum. בְּנֵי De cujus variis significationibus videatur GLASSIUS in Philol. Sacr. p. m. 833. b. quando Deo per αὐθεωπονάθεαν tribuitur, ipsis manifestatio, varia providentia opera, ex quibus Deus perinde ut ex facie coram homo homini innotescit, intelliguntur. Facies Dei dupli præsertim modo manifestatur vel in pleno perfectissimoque beatæ æternitatis statu, ubi sicut etiam latitudinum ante faciem Dei Psalm. XVI. II. XVII. 15. cuius in hoc seculo prægustum sentiunt fideles ἀπαρχὴν primitias tantum habentes, siquidem fulgor majestatis faciei Jehovæ tantus est, ut mortalis oculus illum ferre non pos-

Jubetur
consistere
in monte
coram JE-
HOVA
לַפִּי יְהוָה

possit 1 Cor. II. 9. quic pertinet adpellatio faciei Divinæ, quam in hac vita videri posse Jehova ipse negat, atque promittit Mosi Ex XXXIII. 20, 23. אַת־אָהָרֹן וְאֶת־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל videbis posteriora mea; quibus verbis aliqua gloria divinæ revelatio in hac vita eaque imperfecta ceu cognitio à tergo intelligitur: vel in hac mortalitate, quum se hominibus patefacit sub certis quibusdam præsentia sua symbolis ut per columnam nubis & ignis Ex. XIII. 21. XXXIII. 9, 10. Deus quidem ubivis locorum præsens, πάντα δε γυμνά τοῦ Ιεραχθίου μένα τοῖς ὄφεσι λαμποῖς ἀντί Hebr. IV. 13. ibi tamen maximè præsens esse dicitur, ubi singulare potentia, gloria & gratia signa exhibet, eodem itaque jure, quod Jacobus locum illum, in quo scalam Jesu Christi οὐαὶ γεώπολι cœlum terræ jungentem Col. I. 20. typum viderat בֵּית־אֱלֹהִים domum Dei vocavit, potest hic mons nuncupari הר לְפָנֵי יְהוָה mons coram Jehova.

§. XII.

Quemadmodum §. VII. in genere & obiter tantum, quarum rerum symbolum montes gerant, adnotavimus, ita & heic loci de illis in specie differere proclive, eos nempe a. emblemata esse immutabilitatis & constantiae Divinæ Jesi LIV. 10. ipse Deus est mons & rupes fidelium Ps. XVIII. 3. b. Jesu Christi tanquam fundamenti Ecclesiæ מִזְמָרְתָּה מוֹסֵד fundatio fundatissima vocatur Jes. XXVIII. 16. cui Ecclesia ceu rupi inædificata, est enim Christus lapis angularis Eph. II. 20. c. Omnia mysteriorum atque prospectuum fidei, qui homini irregenito instar magnorum montium sunt, conf. ORIGENES homilia in XIX. cap. Gen. d. Ecclesiæ ejusque perfectionis & in fide perseverantiae, ideo sub montis nomine occurrit Ps. LXVIII. 17. tum propter immobilitatem Hebr. XII. 22. & 28. tum propter extensionem, hinc venit sub symbolo montis magni Dan. II. 35. Super montes vebi Jes. LVIII. 14. & excelsa terra conculcare felicitatem Ecclesiæ notat, CHRYSOSTOMUS per segem δερμάτων τε οὐαὶ folia.

Leviter
tantum
quarum
rerum in
specie mon-
tes emble-
mata sint,
tangitur.

solidum Dei fundamentum 2 Tim. II. 19. intelligit τὰς σερεάς ψυχάς, αἵτινες ἐσήκαστοι πεπηγόνται καὶ ἀκίνητοι, animas solidas, quae firma & immobiles stant.

§. XII.

Quod Eliæ personam spectat ille cum in latibulis, tum in exitu uti in genere fidelium ita in specie Ecclesiæ ministrorum figuram repræsentavit. Latet ille in spelunca omni auxilio desitutus, evocatur tamen subito atque in monte consistere jubetur; Ita omnes à coelesti paradiso exulant in solidutine peccatorum tanquam domo leprosorum §. 6. constituti & ab ipsis Dei communione separati, deinde totum genus humaanum sedebat in fovea, in qua non aqua Zach. IX. ii. nullus divinæ gratiæ fensus ibi potius ὡς οὐλαυθμὸς καὶ βρογμὸς τῶν ἔδεστρων fletus & stridor dentium Matth. VIII. 12. porrò Deus pro immensa sua φιλαυθρωπίᾳ electos vocavit ex spelunca atque tenebrarum regno εἰς τὸ θαυματὸν αὐτῷ φῶς in admirabilem suam lucem 1 Pet. II. 9. hic quidem peccatorum & reatus incumbentis gravitate fideles prius anguntur & torrentur, quando non tantum aculeati conscientiæ mortis illos pungunt, sed & præterea legis damnationem pronunciantis vox accedit, subsequitur tamen potentissima Dei jubensis ut exeat à mundo, & consolantis spiritus vox, quando spelunca impuritatis per spiritum regeniti relicta se in Petra Iesu Christo, unico salutis fundamento, prater quod nemo alius ponere potest 1 Cor. III. ii. Divino conspectui sistant ἀμάρτυρες καὶ ἀμεμπλῆσις Eph. I. 5. Nec minus typum gessit Ecclesiæ ministrorum, qui illius adinstar spirituali saepius obruuntur torpore, ut de zelo pro gloriæ Jehovæ 2 Cor. XI. 2. quo prius accensi, vel ex hujus vitæ amore vel persecutionum metu, plurimum remittant, atque in terræ cavernis delitescere, quam in luce periculis quibusvis obvii esse malint, ita fateri debent carnis infirmitatem. vid. §. 8. Deinde Elias, qui ut dicit CHRYSOSTOMUS in sermone de illo; *altior mundo, proximus*

Elias delitescens figuram gerit & fideliū in genere & ministrorum Ecclesia in specie.

16 DISSERT. THEOL. DE ADPA.

ximus cælo, montis habitaculo & Dei colloquio fruebatur, ne illo-
rum pœnam perspicceret, quorum scelerá videre non posset, in mon-
te consistens typus est ministrorum N. T. τὸν διακονιαν τὸν
δικαιοσύνης ἀρχὴν ministerium iustitiae in gloria prædicantium
2 Cor. III. 9. hi enim ceu בְּאַרְבָּה speculatores Jer. VI. 17.
Ezech. III. 2. superstructi super fundamentum Apostolorum ac
Prophetarum, ἐπίσκοποι in via regia ambulantes & aberrantes
videre atque deflectentes sono ac tuba Evangelii revocare
sub pœna mortis tenentur. Plura heic addere de Ecclesia
quaे in oppositione ad regna mundi instar ingentis montis
præminent, & quaे similia observari possent, non lubet.

§. XIV.

Causa ob-
quam Elias
in monte
consistere
debet.

Quæ fuerit causa cur Elias in cacumine montis consi-
stere juberetur satis claret, dum dicitur וְהִנֵּה עָבֵד יְהוָה Ecce
Dominus transibat. Deo tribuitur ambulatio Lev. XXVI. 12.
ambulabo in medio vestrum h. e. gratiosè vobis adero & be-
nefaciam, vid. GLASSIUS Philol. Sacr. p. 739. ambulatio-
nem hanc impropriæ intelligendam esse bene monet
CHRYSOSTOMUS in Gen. cap. III. Quid dicis? deambulat
Deus? pedes ipsi tribuimus? & de eo nihil sublime cogitabimus?
Non ambulat Deus, absit: quomodo enim ambularet, qui ubique
præsens est & omnia implet? cui cælum thronus, & terra scabellum,
ipse in horto continetur? Quis cordatus hoc diceret? adscribi-
tur Deo descensus Gen. XI. 7. In quem locum AUGUSTI-
NUS lib. XVI. de C. D. cap. V. Non loco moveatur Deus,
qui semper ubique est totus, sed descendere dicitur, cum aliquid
facit in terra, quod prater usitatum natura cursum mirabiliter
factum presentiam ejus ostendat. Diverso tamen sensu transi-
tio Deo tribuitur in עָבֵד & הָעָבֵד quâ, ut cum GLASSIO
l. c. loquar vel punitio Divina intelligitur Ex. XII. 12. 23.
Amos V. 17. vel contra dissimulatio Divina, quando non punit
Amos. VII. 8. Non addam amplius אֶעֱרָלָא in LXX. τε πα-
ρεργῶν αὐτὸν h. e. connivere ad peccata eorum. Hoc loco
TRANS.

TRANSITUS Jehovæ notatur tanquam magnarum & stupendarum rerum prænuntiis, qui Eliæ attentionem, ut sequentem visionem eò diligentius observaret, excitare potuit. Quum enim sapientissimi Numinis hic mos semper fuerit, ut quoties Prophetas misit, toties etiam symbolo aliquo externo vel in munere initiaverit, vel in inchoato confirmaverit, hinc notabilis spiritus sancti asterismus ECCE THRONUM adponitur, quo plerumque in rei novæ, insolite & admirandæ enarratione usus est, Es. VII. 14. *Ecce virgo concipiet &c.* *Ecce Rex Tunc veniet Zach. IX. 9.*

§. XV.

Illud omnium minime præteriri debet, quod quum prius Elias in monte יהוָה לְפָנֵי אֱלֹהִים נָאכַת coram Domino consistere jussus, nunc ipse JEHOVA transiisse dicatur, hinc dubium enascitur, numne ille ipse JEHOVA coram cuius facie PROPHETA stabat, transiverit, an verò alia S. S. Trinitatis persona. Ut quod res est fatear, Jehovah transeuntem ab illo coram cuius facie Elias consistebat, distinctum esse ex sequentibus rationibus concludo. α) Versus 8. hujus capititis fit mentio חֶרְבָּה כְּרָבָה & Elias consistere jubetur coram Jehovah לְפָנֵי יהוָה ubi nomina קָרְבָּה & קָרְבָּן uni eidemque personæ Divinæ convenire extra omne dubium positum, Jehovah verò in cuius conspectu Elias consistit, & בְּרָבָה Jehovah transeuntem sibi invicem contradistingui ipsius rei natura docet, prima enim fronte hoc colligi posse videtur, quando ille qui loquebatur Pater videlicet prima Deitatis persona edicit: *Exi & consiste in isto monte coram יהוָה: ecce autem יהוָה transibat, Chorubim enim montem eò sensu dici esse quo לְפָנֵי יהוָה coram JEHOVA,* quo omnibus totius universi Deus præfens est, foret ἀσύγετος ac hujus dictionis emphasis tolleret. β) Nullo opus fuisset transitu nisi Jehovah ante cuius faciem consistere jubeatur Elias distinctus à בְּרָבָה Jehovah transeunte, hinc ea que

C

Spi-

JEHOVA
transiens
contradi-
stinguitur
JEHOVAE
ante cuius
faciem Eli-
as constitutus.

Spiritus S. adeo clare distingue re voluit à nobis distincte sunt concipienda. γ) Si hujus visionis scopum rite pensitaverimus, quod de hujus sententiae veritate ulterius dubitemus non erit, scilicet Deus inter alia simul ostendere voluit se tanquam *Sapientissimum* cui omnia tum quoad finem, tum quoad media ad finem ducentia intimè sunt cognita, & *Potentissimum*, qui fine suo nunquam excidit, Ecclesiam miserrimè quandoque licet afflictam perpetuo conservaturum, hinc simul causam indicat propter quam, Messiam scilicet, semen καὶ ἐλασσὸν servatum iret, quæ neutiquam ab invicem dividellenda. Igitur Deus Pater est ante cujus faciem Elias consistebat, ILLE rationem reddit præsentis Ecclesiæ inter tot calamitatum & ærumnarum procellas per transitionem τοῦ Mediatoris quum sponsor, qui æque πάτερ καὶ πάτη Jer. XXIII. 6. ac Pater, nondum exhibitus & per passiones consummatus sit, ostendens in præsenti non esse mirum, quod Ecclesia variis calamitatibus prematur, & adeo sit imperfecta & invisibilis, aliquando ad futurum & post tot seculorum defluxum certo adparitum esse Jehovam Redemptorem ac fidelium Goëlem ad mansionem in & cum fidelibus faciendam & res collapsas restituendas, Jes. XLIX. 6. ad erigendum tribus Jacobi. δ) Quædam circumstantiae si non confirmant, saltem sententiam hanc probabilem reddunt, in hoc monte Deus adparuerat Mosi in iubo, angelus foederis, ANGELUS Jehovæ Ex. III. 2 quem Jesum fuisse inter omnes convenit: quia enim notum est ex pluribus locis: preferunt, verba sunt Magni CALVINI in l.c. ex primo Zacharia capite inter angelos statui unum principem & caput, qui altis imperat: recte senserunt veteres Ecclesiæ Doctores, eternum Deum filium ita vocari, respectu persona Mediatoris, quam licet vere demum una cum carne suscepit, figuram tamen gestavit ab initio. Et Paulus hujus mysteri idoneus est interpres, qui palam asserit Christum fuisse ducem populi in deserto, in hoc ipso monte novum

vum foedus sanctum, & lex data per manum Mediatoris, ita quoque gloriae Filii Dei intererat ut se, veluti Mosi, qui Foederis Sinaitici internuncius erat, olim hoc ipso in loco innotuerat, eodem modo & huic suo prodromo, quo munera sui partes eò confidentius obiret, manifestaret. ε) Hinc merito per Jehovam יְהוָה intelligimus נָקֹד הַתֵּן Jehovam justitiae nostra Jer. XXIII. 6. Eliæ animus adflictissimo Ecclesiae statu perterritus suavi liberationis fidelium futuræ, multiplicandi seminis justorum spe ac solamine erat perfundendus ac refocillandus, omnis verò salus quæ priscis fidelibus unquam obtigit ex vi meriti Servatoris retroactiva orta fuit, ideo Mediator tum temporis nondum consummatus de novo quasi sese Patri obtulit, transiens & pro semine sibi dato sponsans: Ecce venio ad voluntatem tuam perficiendam Ps. XL. 8. Filius ante faciem Patris transivit, tanquam fidelium antesignanus & caput Ecclesiae omnis temporis. Is adinstar Summi sacerdotis fideles Patri semper repræsentat. Confirmitur hæc sententia ex versione τῶν ἐβδομήκοντα id est παρελθόντων καὶ οὐ, dixit DOMINUS, non potest ergo loquens & transiens pro uno eodemque haberi.

§. XVI.

a. Consistere non potuit Elias prius quam transiisset *Jehova* nemo constitit nisi per foedus Filii, nemo Patrem ceu irati judicis faciem intuebitur nisi per Filium, sine quo omnis aditus ad Patrem interclusus est: *Quisquis negat Filium nec Patrem habet: qui agnoscit Filium etiam Patrem habet.* I Job. II. 23. *Quanquam ergo tunc proprio loquendo, utor iterum iis quæ prælausdatus CALVINUS in Ex. III. 2. commentatus est, nondum nuntius erat Patris, prædestinationem tamen ad officium jam tum ita vigebat, ut patribus sub hoc habitus cognoscendum se exhibuerit.* Nec sane alia unquam sanctis fuit communicatio cum Deo quam per Mediatorem promissum.

Non datur
accessus ad
Patrem nisi
per Filium,

b. Omnis revelatio priscæ Oeconomiae fidelibus facta est

C 2

adins-

20 DISSERT. THEOL. DE ADPA.

*Revelatio
fidelibus
prisca Ec-
clesia facta
est instar
transitus.*

*Post signa
ira lenis
spiravit
aura.*

*Ventorum
materia &
Origo bre-
viter indi-
catur.*

*ad instar TRANSITUS; siquidem Dei רוחות solum modo iis conspicienda dabantur Ex. XXXIII. 23, ita omnes adparitiones symbolicæ erant tantum transitus. c. Datum quidem fuit fidelibus V. T. consistere לפנֵי יהוָה quatenus in medio ipsorum habitabat & quatenus eum considerabant בְּנֵי דָבָר Fœderis vs. 8. quoniam vero nondum oblato IESu Christi sacrificio erat reconciliatus, ideo fidelibus obversabatur ceu iratus Judex, cuius iræ & excandescençæ signa in sequentibus prodili, vento montes perfringente & perrumpente petras, concusione & igne conspiciebantur haud obscuro indicio legi damnanti nondum esse satisfactum, licet enim certum esset venturum suo tempore Sponsorem, interea tamen nihilominus lex potestatem peccata fidelibus exprobrandi adhuc retinuit, de quo infra erit agendum. d. Illa verò ira divinæ signa mox cessarunt & lenis spiravit aura ad denotandam suavem illam hominum cum Deo communionem, cuius per fidem inter tot hujus vitæ turbines, ex quibus tamen vi & efficacia meriti Christi eripiuntur & in tuto collocantur portu Prov. XVIII. 10. prægustum in se deprehendunt majori vero emphasi & pleniori mensura ea fructuri, quando cœlesti panegyri Sionitica adgregati in æternum duratura quiete, nullo interrumpenda casu, Deum à facie ad faciem visuri sunt. Sententiae huic nostræ de *Transitus Iehovæ* Filio Dei tribuendo aliquatenus Clar. MOMMA in Oecon. Temp. Tom. I. cap. 16. §. 133. p. m. 315. accedit: *Potuit, inquit, & Elias cogitare, fore olim, ut Dominus sit עבר transiens & ambulans inter suos carne induens & os habens ad loquendum, quodque omnis caro visura esset quomodo os Domini loqueretur. Suo interea per nos quisque fruatur sensu.**

§. XVII.

Ubi Deus specialiter præsens est, ibi etiam extraordinaria præsentiæ hujus signa conspiciuntur רוח גroleה זיקן præsentiæ hujus signa conspiciuntur מפרק הרים ומשבר סלעים ואחר הרוח רעש אחר הרעם נס Ven-

Ventus magnus ac vehemens perfringens montes & perrumpens petras: post ventum concusio, post concusione ignis. Ventus secundum ARISTOTELEM ita definitur: ἀνεμός γάρ εἰσι πλὴν οὐ πολὺς ρέων καὶ αἴθρος τοῖς ἄλλα καὶ πνεύματα λέγεται. λέγεται δὲ καὶ ἐτέλεως πνεύμα ήν Φυτούσης ζώοις καὶ διὰ πάντων δίκην σταθερόν χός. Ιε καὶ γένιμος γάτα, i.e. *Ventus nihil aliud est quam aer multus fluctuans & coactus qui etiam Spiritus appellatur: quum alioquin spiritus adpelletur substantia animata & genitalis in stirpibus & animalibus existens, & per omnia pertingens.* Veterum quidam Philosophorum alii ventum per aeris fluxum, alii per aeris impulsum definiebant, in re tamen cum recentioribus conspirant: quidam ventum meram agitationem & exhalationis affectionem definiuerunt, quum tamen corpus sit revera motum habens; nos illis qui tantummodo ventum accidens esse arbitrantur hoc solum & lubentes cum Celeb. G. J. VOSSIO lib. 2. de Orig. & Progr. Idololatri, cap. I. p. m. 736. largimur, in vento non substantiam duntaxat attendi, sed motum etiam localem, sive fluxum circa terram, qui est causa formalis venti. Nec enim hoc volumus exhalationem simpliciter esse ventum, sed exhalationem fluentem, a quo fluxu ventus hoc haberet, ut ventus & sit & dicatur & per eum definiatur. Generationis ventorum caulam in aqua quærendam esse ab igne calefacta, machinæ artificibus quibusdam haud ignota, quæ pila æolia vocatur, demonstrari solet. Conf. MORHOFII Polyhist. Tōm. 2. lib. 2. p. 2. cap. 23. Ignes subterranei ventorum causa esse possunt, quum nempe illorum calore terræ pori laxantur, adeoque halitibus via aperitur, qui continuo ut VIRGILIUS lib. 1. Aeneid. ait.

*Velut agmine facto
Qua data portaruunt & terras turbine perflante.*

s. XVIII.

Quanquam in plenius eruenda ventorum origine desudarint plurimi, tamen manet abstrusissima, quando vel eruditissimi

de

*Ventorum
origo in-
certa.*

de ea magnam partem certent incerti, ex quo potentia Dei abdita & dives agnoscitur hinc AUGUSTINUS in Ps. CXXXV. 7. dicit: *Quia flat ventus sentis, qua causa flet, vel de quo thesauro rationis eductus fit nefcis.* Nec mirum siquidem Deus illos producit ut *מְאֹרֶת וּמְאֹרֶת* oi LXX. ὁ ἐξ· γαν ἀνέπεσεν θνητογάνων ἀνθρώπων. Humana ingenia haud parum vexat, quem exhalatio humida quæ materies venti est, adscendat, cur nihilominus feratur ventus per obliquum motum, & ex loco unde ortus in locum sibi oppositum propellatur. Divina id tribuendum sapientiæ cuius ἐστὶ ἀνέπειρος via impervestigabilis Rom. XI. 33. Deus vento fecit pondus Job. XXVIII. 25. in quem locum videri iterum revertit CALVINUS. Cœterum quod voces *μῆν* & *πνεῦμα* plures quam venti habent significations.

μῆν &
πνεῦμα
plures
quam ven-
ti habent
significa-
tions.

Venti de
quo agimus
stupenda
& extraor-
dinaria
vis.

§. XIX.
דַּבָּרִים מְלֻחָּה קָרְבָּן וּמִשְׁבָּר סְלָעָה
Varia venti prædictatae insolitum hoc fuisse portentum, quippe non rumpuntur montes sine horrendo fragore, non perfringuntur petras absque ingenti sonitu, maxima vis ad montes qui alias inconcussi stant & divinæ sapientiæ providentia demersi terræ incumbunt Prov. VIII. 25. locomovendos requiritur, clare satis indicant. VATABLUS in *Biblijis Criticis*, tam vehemens erat ventus ut montes subverttere posset & petras confringere. Vel tam vehemens quam vehemens esse solet ventus montes subvertens.

S. 2

Signa horrenda qua terribilem Dei presentiam significant. Ex applicatione epithetorum non diutius immoramus, de iis ubi cunctis obviis abunde constat, videri potest BLIXTORF, in Lex. Rabbini & Talm. ad voces שְׁבָר בְּרִקְעָה LXX Interp. sic reddunt πνεῦμα μέγα προτάταις διαλύνεσθαι, καὶ συντρίβων πέτρας. Fortem admodum hunc fuisse ventum ex prædicto קַדְמָה quod à rad. קַדְמָה impicare, intricare, instar funis intorquere apud Rabb. & Talmudicos cognoscitur, siquidem instar turbinis pītū turbini exitiali proprium. Es. XXVIII. 2. Ecce vehementes & validum est Domino pītū אֲרוֹנוֹ יְשֻׁחָנֶה קָדוֹשׁ alias impiis convenit Ps. VII. 3. Ne abripiat tanquam leo animam meam, לְאַזְמָנָה dilacerat nemine liberante; Vi avelere & celeriter notat Gen. XXVII. 40. Ex. XXXII. 3. major vero hujus turbinalis vehementia fusa in eo prodidit, dum dicitur עַל־עַל מִשְׁבֵּר סְנִילְגְּבָעָה ejusdem cum שְׁבָר significatus vento tribuitur Ezech. XXVII. 26. vehementia hujus venti præterea ex eo liquet, quod durissimos petrarum lapides, qui hominum vix arte ac robore, malleorumque fortissimis iugib⁹ dissolvuntur, perfringere posset: illi quidem veni magni vocari merentur qui rubrum mare exsiccarent & vicissim conculserunt Ex. XIV. 21. qui coturnices Israelitis attulerunt Num. XI. 31. Sed montes & petras non perfregerunt, singulare ergo quid portendisse hunc validum ventum necessum est. Deus quidem terram super ejus bases fundavit ne dimoveretur in seculum Ps. CIV. 16. Quum verò intristis in terram contremiscit, & quum attingit montes fumant,

§. XX.

Ex ordinatione verò & voluntate divina tum ventorum beneficio plurima mortalibus bona conferuntur, repurgant quippe aërem, sovent & recreant omnia animata, omnia è terra nascientia maturant, tum etiam mala inferuntur, siquidē non raro noxios halitus hinc inde dispellendo morbos extingueant, impetu suo ædificia prosternunt Job. I. 19. & qui eorum

Venti à
gentibus
pro Diis
habiti &
quare?

ef.

effectus, quos heic omnes recensere operæ pretium non est, plures sunt. Ex varia illorum natura, mutatione & effectis ortum est, quod gentes olim divino vento cultu dignos exstimatorint, quamvis enim *solem, lunam, stellas in Deos*, verte-rint, divinumque iis exhibuerint cultum, tamen deinde inva-lescente corruptione $\alpha\pi\sigma\theta\epsilon\omega\sigma\varsigma$ se demisit ad creaturas sub-lunares, & hac ratione venti, æther, mare, terra, fructus-que terræ Deorum nominibus cultibusque investita sunt, conf. GOODWINI *Moses & Aaron lib. 4. cap. 1. de init. Idololatr. §. 8.* Illorum morem fuisse διατὸν ἀνεπονηγὴ τὴν οἰκουμένην per ventum & actinacem jurare, quia ille vitam conser-vat, hic auferit LUCIANUS in *Toxarid.* ait, Celeberr. G. J. VOSSIUS lib. 2. de *Idololatr.* cap. 3. p.m. 743. Nunc videmus, infit, quid miseras impulerit gentes, ut ventos etiam haberent pro Diis. Non dubitandum autem, quin ante omnia eos moverit stu-penda eorum violentia, quā arbores frangunt vel evellunt, adficia prostrant, vastas in mari naves mergunt. Atque hunc admis-tionem auxit, quod illud tam violentum non sit oculis cernere, imo vulgo etiam sit incognita ejus origo pag. 748. Prater enim dictatum amorem ventis conciliarunt tot emolumenta, que generē praestarent humano, tum metum incussere tot damna, quibus ho-mines sepe afficerent. In fine cit. cap. Praterea ventorum bene-ficio patet aditus per orbem universum; ita ut inter gentes omnes sint commercia quaque earum prabente quo abundant & recipiente quō deficit, quando ut ait Poëta

Non omnis fert omnia tellus.

Christiani verò hoc ultra capiunt utilitatis longè profecto maxi-mum quod navigatione quavis pateat via ad annuntiandum sa-lutare Evangelium juxta mandatum salvatoris nostri Matib. XXVIII. Marc. XVI. sed hæc veluti in transitu.

§. XXI.

Facili quidem negotio hoc loco enarrari posset proli-xius, quarum rerum emblemata venti gestent, siquidem non ange-

Venti qua-rum rerum im-ages.

angelorum tantum, sed ipsius etiam Spiritus sancti Joh. III. 8.
 figuram in illis cernere licet, hos verò & alios longe plures
 significatus mittimus, id solum silentio non transeundum
 mihi h. l. videtur, ventum primò rei vanæ imaginem esse,
 quod tum ex variis phraseologiis hinc inde obviis: dare ver-
 ba in ventos apud OVIDIUM, ventisque profundere verba
 apud LUCRETIUM, ἀέρες medium apud HESIODUM,
 de his qui ingenio admodum levi & mobili sunt, quos &
 ventos possunt nominare, adagium, ἀέρες γεοργεῖς in
 frusta laborantes apud SUIDAM, tum ex ipsius S. Scripturæ
 testimonis Prov. XI. 29. Qui conturbat domum suam pos-
 debit ventum, i. e. faciet ut bona sua in ventum abeant
 Hos. VIII. 7. Qui vento seminaverint turbini etiam metent.
 Eccl. V. 16. μῆτηρ οὐρανοῦ qui laboravit in ventum, quod
 à LXX. vocant πορθεῖν εἰς ἀέρα, talis est, qui magno
 labore opes, quæ ingruente vento pereunt, cumulat 1 Cor.
 IX. 26. δίκαιος δέσποιντος aërem cadens est, qui vanam rem agit,
 patescit. Secundò venti uti judiciorum Divinorum admi-
 nistri sunt, ita publicarum calamitatum, quæ propter peccata
 genus humanum pervadunt, & sæpius Ecclesiam ipsam pre-
 munt, prodromi, Apoc. VII. 1. Quatuor angelis quatuor
 terra angulis insistentes & quatuor ventos terra retinentes,
 publicas denotant calamitates, à quibus tamen fideles immu-
 nes servantur, siquidem ea non prius ab angelis executori-
 bus impiis in omnibus mundi plagiis immittenda, quam fide-
 libus cautum atque prospectum fuerit. Et quid multis opus
 est? quum experientia teste extraordinarii venti bellorum
 præfigia, saltem aliquando fuerint, quod ex sequenti inci-
 denter notamus casu, in Gallia anno 1561. circa finem
 Novembris ante bellum civile, à Trium Viris Claudio Guisio,
 Anna Mommorantio, Connestabili & Mareschallo Sandan-
 dreano excitatum & anno 1606. mense Martio horribilis
 ventus, quod multa ædificia & turres dejectæ, & sylvæ aut
 fal-

D

saltem plurimæ arboreæ radicibus evulsæ sunt , antecessit motus in Ungaria , & Polonia & Austria. Quoties extraordinariis ejusmodi effectis ipsa terræ fundamenta commoventur digitum omnipotens cuncti animadvertere debent , ad hæc enim qui oculos claudunt , occæcatum animum produnt imo talpis sunt cœciores.

§. XXII.

wyr quid?
& cur
LXX, In-
terp. per
συστει-
μὸν verter-
rint.

Disruptionem montium & petrarum dissolutionem, non poterat non Συστεισμὸς ità LXX reddidere, insequwyr efficacissimi significatus vocabulum & crebrioris in Sacro codice usus , cordi Ezech. XII. 18. נָכַת בָּרְעָבָן panem tuum in commotione comedes, tribuitur. Deinde quoniam per προσωποποίιαν de animalibus brutis verba usurpantur, quæ propriè horinum sunt , de equo dicitur: quod שׁעַב in commotione & fremitu fodiat terram Job. XXXIX. 27. de balano quod rideat ad vibrationem lance וְעַב Job. XLII. 20. vid. de ejusmodi metaphoricis locutionibus GLASSII Philol. Sacr. Tract. I cap. IX p. 762. Constructum verò cum adjectivis פְּנִים & הַלֵּא prout ex themate liquet Deo convenit concutienti terram Jer. X. 22. magnam concusso-
nem à terra aquilonis venturam veluti justissimæ poenæ prænuncium innuitur. Id interea nobis heic accedit mirum, quod, quam alibi LXX. Interp. wyr simpliciter per Σεισμὸν uti Jer. X. 22. transtulerint, heic tamen verterint per Συστεισμὸν, an forsitan per prius terra motum ex causis naturalibus ortum, posterius vero Divina potentia excitatum, præter naturæ leges ad sublimius quidpiam significantum intelligunt, in medio relinquo. Quod vero simillimum, hic terræ motus Συστεισμὸς commotio vel concusso vocatur, quia cum vento illo validissimo erat conjunctus, ideo dicitur terra συστεισθαι, quem enim altissimi montes vi solo æquantur, durissimæ rupes diffunduntur vel franguntur, simul terram mo-

moveri oportet, id procul dubio Spiritus Sanctus vocabulo
 συσσεισμὸς concusſionis indicare voluit.

§. XXIII.

Frustra defudaremus in terræ motuum causis investigandis, quum illos quidam in ignibus subterraneis, quos esse cosque plurimos & maximos satis cognoscitur ex *Hecla*, *Ætna*, *Vesuvio* & aliis montibus ignes ingenti copia eructantibus, de quibus ARISTOTELES. VITRUVIUS l. 2. c. 6. JOSEPHUS ACOSTA lib. 3. cap. 24. G. J. VOSSIUS de *Idolol.* lib. 3. cap. 63. p. m. 646. videri possunt: alii verò in aëre terræ cavernis inclusi, maxima vi erumpente, querant, siquidem hoc nec Spiritus S. finis nec instituti nostri ratio exigit, proinde etiam de terræ motuum finibus, qui vel *generales* vel *speciales* esse possunt nihil addimus nisi Deum commendantibus terræ motibus judicia quidem in impios olim exercuisse, quando *concutitur terra ē loco suo in excandescens* *Jehova exercitum, & quōd die accendit ira ejus* *Ies. XIII. 13.* Et *concutitur שׁוֹרֵן & moveret terra, fundamenta montium commoventur, concutintur autem quando ira acceditur ei.* *Pſ. XVIII. 8.* sed tamen iis maxime fuisse usum ad suorum liberationem promovendam, sic terra motus quo carceris fores aperiebant & omnium vincula laxabantur *Act. XVI. 25. 26.* ed faciebat, ut *Paulus & Silas* de exauditione precum certi in munere docendi Evangelium confirmarentur, & simul commentariensis cum familia ad fidem in Christum converteretur. *conf. Act. IV. 31.*

Terrae-
 tus causa-
 communes
 & fines le-
 viter tan-
 guntur.

§. XXIV.

Quemadmodum hic terræ motus non fuit universalis, ita nullus qui totam scilicet terram concusserit, hactenus fuit, præter eum forte, quitempore passionis Christi accidit. Hoc interea extra omnem controversiam positum est, quod longè pertigerit, nam Bithyniam concusso, & in urbe Nicæna multas ædes subvertit ut EUSEBIUS ex Phlegone refert,

Terre-
 tus qui
 tempore
 Christi ac-
 cedit longe
 pertigit.
 &

& cuius præsertim Antiochia tristissimos sensit effectus vid.
PHLEGON lib. 14. & OROSIUS lib. 7. Præter alia hac
concussione significata, ostensum fuit rerum naturam Christo
συμπάσχειν inquit VOSSIUS in Harm. Ev. p. m. 325o
Tempore usiæ Regis Jehudæ fuit etiam terræ motus, cuius
Amos. I. 1. Zach. XIV. 1. mentio fit.

§. XXV.

Terra plerumque opponitur *cælo*, quod spirituale
Dei regnum ac felicitatis æternæ statum denotat, ita terra è
contra statum corruptionis & peccati in quem homo post
lapsum devolutus fuit, designat Job. III. 31. o ἦτε οὐκ εἰς
ἐκ Ιησοῦ εἴσι, καὶ εἰς Ιησοῦ λαλεῖ. Qui è terra èst, terre-
nus èst, & terrena loquitur. Igitur non mirum, si Deus
propter homines ἡ ἐπίγεια φρονεύει Phil. III. 19. inter-
dum terram commoveat, eoque peccatorem officii comone-
faciat. Quod terræ motus in se spectatos concernet, illi in
rebus magni momenti Scriptura testè Amos I. 1. Zach. XIV.
5. Act. XVI. 26. Matth. XXVII. 54. semper fuerunt,
PLINIUS lib. 2. Nat. Hist. cap. 84. scribit: *Nanquam*
urbs Roma tremuit, ut non futuri alicujus eventus pranuntium
esset. Denotant α) seditiones, discordias, atque tam bel-
lorum intestinorum, quam ab exteris hostibus illatorum
figuram habent. Pj. LX. 4. *Commovebas terram diffregeras*
eam, hîc terra ponitur metonymicè & incolæ ejus intelligun-
tur, quod iterum synecdochice judeæ adPLICANDUM. β)
Posset conscientiae angores in hominibus carnalibus, qui in
sacris literis sub nomine τῆς γῆς veniunt, significare, hi
enim verè ψυχὴ in commotione panem suum comedunt, quovis
momento de judiciiis divinis anxiæ, quod quadammodo illu-
stratur Divi CHRYSOSTOMI verbis Homil. 8. ad populum,
ut allegantur apud TERTULLIANUM tom. I. p. m. 53o
τοιςδέν διμαζλανόντων τὸ θέρος εἴσι, πάντα υποπλευσοι, τας

σκλ-

σημεῖα Ἰρέουσαι, πάντα ψόφον δεδοίκασι, καὶ ἔκαστον ἐπὶ βα-
δίζειν νομίζοσι: *Talis est peccantium consuetudo, omnia suspe-
cta habent, umbras tremunt, omnem strepitum timent, quemcunque
putant contra se venire,* CHRYSOSTOMUS idem confirmat
Homilia XVII. in Gen. III. *Ipsa scilicet conscientia nos circum-
it, obturbat, laniat, flagellat, nunquam quiescit, sed & domi &
in foro, & in templis, & in mensa, & dormientem & surgentem
adoritur, rationem delictorum exigit, obque oculos proponit &
delictorum gravitatem & subsecutur amplexum,* γ) Interdum
terræ motus signa sunt atque præfigia tristium in Ecclesia &
Politia eventuum, ita Christus inter signa excidii urbis
Hierosolymæ & totius Politiae Molaicæ, & templi Hieroso-
lymitani terræ motus numerat *Math. XXIV. 2. seq.* Inter
signa ante eversionem Babylonis istius magnæ terræ motus
maximus recensetur *Apoc. XVI. 17. 18. 19. 20.* Quemadmodum
verò in novissimo die *terram motus* universalis Christo
judici ad manifestandam tum potentiam tum glorioissimam
majestatem inserviet *Apoc. XX. 11. 12.* ita etiam *terra motus*
instantis mundi finis & Christi ad judicium adventantis præ-
nuncii erunt *Apoc. XI. 15. & seq.* atque ita δ) signa sunt
convenientissima judiciorum Divinorum impiis infligendorum,
quando *Iehova justus depluere faciet super improbos pru-
nas, ignem & sulphur, ventusque procellosissimus calicis ipsorum
partio futurus est.* *Ps. XI. 6.* Verum enim verò hæc ipsa
conclusio quæ reprobis æternæ damnationis prognosticon,
piis mentibus æternæ felicitatis, perennisque gloriæ memo-
riale erit. *Fideles adspicient, & attollent capita, quoniam re-
demcio illorum adpropinquat.* *Luc. XXI. 28.*

§. XXVI.

Quamvis hoc non spectet de cultu divino quo gentiles
olim terram venerati sunt, pluribus agere, quia tamen §. XX.
cultus ventis à gentibus exhibiti mentionem injecimus, hic

*Tellus pro
Dea culta
fuit,
etiam*

etiam ὡς ἐν παρόδῳ saltem monendum est, sub variis nominibus terram gentibus olim fuisse cultam veluti *Rhea*, *Cereris*, *Berecynthia* vid. OVIDIUS libr. Fast. magna matris, *Cybelis* CLAUDIANUS lib. 1. in *Entrop.* *Dyndimæ* ita à quibusdam montibus vocatae, & ad auxilium ferendum (quapropter *Opis* nomine celebris) à Romanis imploratae VIRGILIUS l. X. *Aeneid.*

*Alma parens Idea Deum cui Dindyma cordi
Turriger eque urbes, bijugique ad frena leones
Tu mihi nunc pugne Princeps. Tu ritè propinquus
Angurium, Phrygibusque adfis pede Diva secundo.*

Bone Dea, Fauna à favendo Pomona, Flora, Paletis Palilia,
& quæ longè plura sunt nomina quibus *Dea Tellus* olim à profanis gentibus investita fuit vid. sèpsum citatus VOSSIUS de Orig. & Progr. Idolol. lib. 2. cap. 62. ubi non solum tellurem sed etiam exiguae quasdam terræ portiones Divino honore affectas esse probat, veluti Cappadociæ montes pro Diis habuerunt, Carmelus mons Jovis delubrum fuit creditus,

Καρμηλος Ογος, ιερὸν Διὸς, quod ex SCYLACI Cariandensi adfert & addit: significat montem & Deum esse & Dei sedem ac fanum. Nullum enim in eo templum, ut TACITUS indicat, sed ipse mons Carmelus quasi templum erat Numinis: imò & corpus ejus. Nam Carmelus Deus constabat genio loci, & vasto montis corpore. Verisimile autem est, hanc opinionem paulatim irrepisse ex eo quod Elias Thisbites hic habitat scholamque habuerit: ut guidem prodidit Johannes Hierosolymitanus Patriarcha ordinis Carmelitarum à Carmelo monte denominato, ad hunc usque diem ob originem, quam inde ab Elia factat, inter Pontificios celebri, & qui præter multos Abbates, Episcopos atque Patriarchas, aliquot etiam Papas Ecclesiæ Pontificiæ dedit, addicitus) Prope sane eum sacerdotes Baal ab Elia occisos legimus 3 Reg. XVIII. ac Etia discipulum Eliseum hic aliquamdiu sedem fixisse cognoscimus ex IV. Reg. cap. 20. & 4. Quia igitur Pro-

Prophetæ tanti hunc locum elegere ad incolendum sacraque præstantia: è diu ille pro sancto habitus est, gratioremque in eo fore Numinis cultum judicatum. Deos in altissimis montibus veluti eorum sede falsorum Numinum cultores crediderunt, quæ superstitio oriri petuit vel ex fama, quæ ad gentes idolatriæ deditas dimanavit Mosi scilicet in Sinai monte legem datam, vel ex ipsa hac adparitione Dei Elias facta, vel ex miraculo quo Elias in vertice montis sedens Divino Spiritu instinctus, illos, qui ad se comprehendendum ab Ahasia missi, igne cœlitus delapso perdidit, quoniam hos fuisse irrisores, Patronos Baalis ideoque morte dignos noverat 2 Reg. II. 9. seq. conf. Clariß. DEYLINGII Observ. Sacr. p. 3. Observ. 12. de Diis montium. Quanto igitur horrore idololatræ propter terræ motum ceu magna marris Deæ furorem fuerint percussi, judicatu facile est.

§. XXVII.

Quemadmodum universa rerum natura ad natū conditoris flebitur, ità omnia quasi elementa Dominum suum comitabantur, venti veluti ex abditissimis terra thesauris proruebant, fundamenta montium contremiscebant, quando Jehova loquebatur IGNIS ANTE CONSPECTUM EJUS, *wx* ab inusitata radice *ww* Græcis *πῦρ* uti h. l. *oi* LXX. vertunt, ignem notat. Quamvis vero de igne inter Philosophos sententiae varient, *quum haud pauci illum ex elementorum classe ejiciant, corpus tamen esse negari nequit, ex eo quod præter motum nihil videamus, minimè colligendum est, non aliud quoddam hujus motus esse subjectum.* Veterorum quidam Philosophorum, Pythagoras, Empedocles, Plato aliique, quos omnes recensere, dum in alienam messem falcem nostram immittere nolumus, operæ pretium non est, ignem inter corpora retulerunt, eumque primum fecerunt elementum. Præsentem ignem terræ motus, cuius vi hinc inde latentes ignes subterranei in unum colligeban-

*Ignis quem
Elias vidit
unde exci-
tatus.*

gebantur, atque prorumpentes in flammarum abibant, quæ cum specie non tantum & forma verum etiam ignis propriè sic dicto similis, & vocabatur, excitavit, vel potuit summus ille rerum arbitrus de novo hunc ignem quod mirabilior ejus potentia adpareret, creare. Plura de igne ejusque effectis videri possunt apud saepius laudatum VOSSIUM de Idololatri. l. 2. p. m. 642. Ignis ceu elementum res obvias consumens ab HERODOTO nomine bellua avidissima & inexplicabilis, quæ quanto plura consumit, tanto fœcundius se patit, insiguntur.

§. XXVIII.

*Quarum
rerum
ignis sym-
bolum?*

Ignis non minus quam ventus ac terræ motus variarum rerum in S. Literis imago est, prout enim hic variam ad homines relationem habet, ita eo notantur sequentia, 1.) *Præsentia & benevolentia Divina*, quam saepius igne demonstravit, igne Deus olim descendit e cælo, ut grata sibi suorum holocausta consumeret *Levi. IX. 24. 1 Reg. XVIII. 38.* 2) *Chron. VII. 3.* igne Deus suis olim contra hostes defendit *Zach. II. 5.* In columna nubis & ignis præivit Israëlitos eos obtexit in deserto *Ex. XIII. 21. & XL. 38.* 2.) *Ira Dei in peccata*, quæ miseros homines contra quos exaridescit, absument ac ignis stipulas *Deut. IX. 3. XXXII. 22. Es. X. 17. Ezech. XXI. 37.* neque etiam commodius emblema est vindictam Dei vividi exponendi quam ignis, inde S. Scriptura de damnatione impiorum verba faciens eam describit per stagnum igne & sulphure candens *Apoc. XXI. 8.* conf. *Deut. IV. 23. 24. Ezech. I. 4. X. 2. Dan. VII. 9. 10. 11.* 3.) *Adflictiones & calamitates tum omnes in genere tum illæ*, quæ fidelibus obtingunt in specie, siquidem hi cœu filii *Levi* igne explorantur *Mal. III. 3. 1 Cor. III. 12. seq. Es. XLIII. 2. Ps. LXVI. 2.* 4.) *Doctrina falsa Apoc. IX. 17. 18.* de ministris antichristi dicitur: ex ore ipsorum prodibat *ignis & fumus & sulphur.* Et traditiones humanae *Es. L. 11.* falsa enim dogmata instar ignis, qui ligna exurit, animas hominum occidunt. 5.) *Emu-*

Æmulatio, iracundia, exacerbatio conjuncta cum sanguinis vehementi agitacione Apoc XVI. 8. Et datum est ei quarto scilicet angelo homines affigere astu per ignem, exacerbare eos propter veritatis, quam suppressionem volebant, propaginem.
 6.) *Hostes irrumptentes & bella desolantia Ps. LXXVII. 6. Es XLII. 25. Jer. XLVIII. 45. inimicitia, disidia Apoc. IX. 17. incommoda quæ in mundo proveniunt à lingua improba Prov. XVI. 27. Jac. III. 5. 6. de pluribus ignis significatibus vid. GLASSII Phil. Sacr. p. 786.* 7) Ignis imago Christi *Mal. III. 3.* ut enim ignis calore suo metallum liquefaciens puriora reddit, ita Christus pios terrenos & quasi dissolvens & ad peccatorum agnitionem ac resipiscientiam adducens à peccatis purgat.
 8.) *Est emblemata Spiritus S. Matth. III. II. qui animas nostras à lordinibus peccati non aliter purgat, quam ignis aurum à scoriis separat, hinc Es. IV. 3. vocatur Spiritus judicii & combustionis, vim igneam in cordibus fidelium exercens, penetrando, illuminando, accendendo, purgando, separando heterogenea ab homogeneis, elevando & objectum accentum suo igne in se transformando.* *Quia ignis maximam vim habet agendi & generandi, Spiritus S. a quo regeneramur & ad bona excitamur, igni comparari voluit, inquit ZANCHIUS de Oper. Dei intra statim sex dierum creatis p. m. 281.* Spiritus S. olim in figura ignis in Apostolos & per eos in totam Ecclesiam descendit, ut eos illuminaret veritate Evangelii eosque foveret.

§. XXIX.

Quum multiplici elementaris ignis bona & mirandi effectus gentiles in amorem, admirationem & cœlestis Numinis laudem pertrahere debuerint, multo potius horribili ignorantia obrutuere & inani speculatione contenti naturæ mystæ facti sunt, quam illius qui hominum causa sic creaturam condidit Rom. I. 21. ἐμάλαλα θρονού εν τοῖς διαλογισμοῖς εἰσῆων, vani facti in ratiocinationibus suis, & mutarunt veritatem & coluerunt res conditas παρὰ τὸν κῆσταντα: Persis-

Gentiles
ignem cul-
tu religioso
prosecuti.

E

ignem

34 DISSERT. THEOL. DE ADPA-

ignem fuisse pro Numine, à Persis ignē Sacrum accepisse *Capadoces*, ab his *Phryges*, quorum æmuli postea *Lavinenses*, quos denique ceu eorum propago *Albani* secuti, id omne fusè & solidè pertractavit *VOSSIUS* & ostendit ignem non solum à Græcis Philosophis, item sacerdotibus tum Græcis tum Romanis sub nomine *Vesta* cultum, sed etiam nominis *Vesta* etymologiam studiosius anquirit, interque alia ita dedit: *Valde est verissimile, cùm pleraque omnia vocabula sacra sint ab Oriente, etiam VESTA sive Esca esse ab utr. i. e. ignis & uno ex Dei nominibus, ut καὶ Λέξιν sonet IGNIS DEUS, vel potius IGNIS DEI, eoque proprius symbolum potius Numinis quam Numen ipsum sonet.* *Babylonicos ignem sub nomine θεοῦ a πατέρα, splendere, lucere, coluisse illique Divinitatem à Chaldaicis fuisse tributam HERODOTUS in Clio docet.* Ignis colendi auctor creditus est Zoroastres. *HUIETIUS Dem. Evang. p. m. 153. & 156.* Ignicole Persis כְּבִיר Kebri, Arابibus וְרַא Magiūsi dicti fuerunt vid. PFEIFFERI Op. Phil. p. m. 470. & 968. Modum colendi ignem aliquo modo delineavit Christoph. ARNOLDUS in appendice Germ. Alexandri ROSENSENS p. 13 seq von denen unterschiedlichen Gottesdiensten in der ganzen Welt: Diejenige Secte, sagt er, welche das Feuer anbetet, und solches in ihren Tempeln unterhält, heissen die Mejuzer: deren sich zwar viel in Persien aber noch mehr in dem Mogolischen Reich befinden. RICAUT. Hist. de l'emp. Ottom. liv. 2. Chap. 21. Gleichwie nun die Sonne ein Vorbild Gottes, also war das Feuer ein Vorbild der Sonnen: dannenherr die Persianischen Priester πύραροι, das ist: die Feuer-Schürer genant, bey einer ganzen Stunde vor dem Feuer stehend, ihre gewöhnliche Feuer-Lieder mit einer heiliger Stimme gesungen, das so genante Eisen-Kraut in ihren Händen haltende, und mit ihren Hohenpriesters Hüten, dermassen verkappet, das ihnen beydes die Wangen und Lässchen darmit bedecket wurden. Quando Lev. XXVI. 30. סְמִינָה

ex-

excellorum perdendorum mentio fit, quidam idola solis honori dicata, alii Jovem Ammonum cui in Africa templum solis simulacro celebre, intelligi censem conf. CORNELIUS à Lapide in Lev. XXVI. מְנֻמֵּד notare cultum religiosum igni exhibitum ex eo quod etymologia יְהוָה & הָנָם non repugnet & non dissimile sit ē gentilium præsertim Chaldæorum נְנוֹלָגְלָא Judæis aliquando cultum ignis solennem fuisse eove huc alludi valde probabile redditur. Doctiss. H. GROTHUS diversum sentit: si quis, inquit, consideret Es. XVII. 8. Ezech. VI. 4. non tam simulacra quam loca fuisse videntur, nempe in quibus sacri ignes facti, quod origo videtur significare: πυραθεῖα STRABONI lib. XV. πυρεῖς aliis. Ab Ammone qui בְּנֵי Hebreis venisse & nomen & institutum putant quidam. Ignem Sacrum sibi præferri voluerunt Persarum Reges & Romanorum Imperatores HUETIUS in Dem. Evang. pag. 158.

§. XXX.

Quod nunc בָּאֵל vel בָּאֵל idem ac sol fuerit demonstravit BOCHARTUS Geogr. Sacr. p. 736. conf. HUETIUS in Situ de Paradiso terrestrī pag. 52. Baalem eundem cum Hercule & Jove demonstrat ALEX. ROSS. Zu seinen unterschiedlichen Gottesdiensten der ganzen Welt pag. 892. seqq. Per Baalem, cuius cultui Israeliticæ tempore Eliæ deditissimi, intelligi Tyriorum & Sidoniorum Deum, quem etiam Achabuscum Jesabele coluit, & hunc esse Herculem, Herculem autem solem esse pro Deo habitum & cultum quasi בָּאֵל omnia illustrantem & illuminantem eruditè probavit FULLERUS Msc. Sacr. lib. 2. cap. 7. Dubitari igitur nequit, quin populus Judaicus, eodem ritu, quo profanae gentes preprimis Chaldæi idololatræ, quos eosdem cum Zabiis vel Sabaeis, in quorum secta Abrahamus primum educatus fuit, facit Frid. Spanheimius F. in Introd. ad Hist. V. T. p. m. 20. & qui per ignem traducebant filios vid. Celeberr. Job. Henr. HOT-

Baal idem
ac sol &
ignis Deus.

HOTTINGERI Hist. Orient. lib. I. cap. 8. p. 202. ignem vel solem cultu Divino fuerit veneratus. Plura vero quæ hoc adferri possent de cultu Baalis merito in aliam occasionem re-jicimus. Sed è diverticulo redeamus in viam.

§. XXXI.

Venti terre motus & ignis causa efficiens solus Deus.

Non genii motores.

(*Gentiles omnium malorum causas tribuebant Christianos,*)

Vel certi quidam ex angelis constituti Praesides.

Si paulisper hic pedem figere velimus antecedentium portentorum *Venti* quippe, *terra* *motus* & *ignis* causam non amplius ruspabimur, illorum enim caula efficiens solus Deus est, qui quæcumque vult, facit: *qui refigit montes, ita ut non animadvertant homines, qui subvertit eos in irasua.* *Qui commovet terram è loco, adeo ut contremiscant ejus columnæ.* *Qui extendit cælos solus & calcat excelsa maris.* *Qui facit Arcturum, Orionem & Plejadas;* ac penetralium *Austri* sidera Job. IX. 5. seq. Non necesse igitur est citra necessitatem cum BODINO ad genios motores confugere quod superstitionem sapit. Delirarunt olim gentiles si urbes terræ motu essent concussæ, vel bella, famæ pestisque, tria illa Orbis mala ingruerent, id omni Christianis eorumque religioni tribuentes, TERTULLIANUS in *Apolog.* cap. 2. ait. *Quod existimant gentes omnis publica cladis, omnis popularis incommodi Christianos esse causam.* Si Tiberis adscendit in mania, si Nilus non adscendit in arva, si colum stetit, si terra movit, si fames, si lues, statim Christianos ad leonem, tantos ad unum? Tales quippe tunc gentibus habiti fuerunt Christiani, malorum nimis omnium autores, omnibusque diris digni. In ipsum sane Deum injurii existunt & ὑπερβάλλον μέγεθος θνητων ἀνθρώπων supereminens pondus potentie Divina, quod ex operibus naturæ elucet, negant, qui creaturis tribuant, quod solius DEI est. Detestamur impia illorum molimina, quis sine ulla necessitate, quum Deum vel palpando invenire Act. XVII. 27. potuissent alias causas extra Deum configunt, veluti supersticiosus ille & fanaticus Robertus FLUDDIUS angelos vel bonos vel malos ventorum praesides & diri-

diribitores constituendo, somniant vid. MORHOFII *Polyb.*
Tom. 2. l. 2. p. 2. c. 23. §. 5. *Quid enim ad stupenda Dei opera,*
quotidianas illorum effecta cœcutire? Quid omni cacioethes
cœstro percitum esse est? si hoc non est? Etiamsi enim Deus an-
gelos suos faciat ventos, & ministros suos ignem flammantem Pl.
CIV. 4. nihilominus tamen & sine illis quæ vult operatur, qui
causas omnes tu naturales tum liberas regit atq; gubernat. Illi
sane omnipotentiam Divinam extenuant, qui eam causis
secundis ita adnectunt, ut absque iis quasi operari nequeat,
quod occoecati animi tenuiter nimis de perfectionibus Dei
sentientis indicium.

§. XXXII.

Insolita naturæ opera in hominibus non minus admirationem quam Summi Numinis reverentiam excitent, necessum est. Ut enim ipsa natura hominum sese magistrum exhibet, ita maximè quando heic altissimi montes è conspectu Dei aufugiebant & humiliabantur, petra duritiem suam amittebant ac dissoluebantur, ignes subterranei ad Conditoris imperium è terra cavernis prodibant, illud omne lucidis simi instar speculi erat & tabula, ex qua quid suarum esset partium quivis animadvertere facile poterat. Illi ergo quorum oculi sunt elati, & quorum palpebra sese extollunt Propterea XXX. n. se demittant, quo Jehova sit solus altissimus. Nemo glorietur in sua vel sapientia vel potentia, DEUS quippe ὑπερφάνοις ἀντίστασται, ταπεινοῖς δὲ διδωτοὶ χάριν. Jac. IV. 6. Quorum corda lapidibus fere sunt duriora, & qui faciem suam petra obfirmationem reddunt & converti renuunt, nullo ad severas verbi divini reprehensiones pudore suffusi, per veram resipiscientiam & amorem Dei liquefiant ac lacrimis ex vero de peccatis dolore, quem Paulus λύπην κατὰ Θεὸν vocat 2 Cor. VII. 10. ortis dissolvantur. Nisi enim hæc præcedant, nemo ἄνθρωπος coram Jehova consistere valebit. Profectò quicquid motuum in mundo accidit, terram singulis momentis absorberi posse, nisi arcana Dei

Quem u-
sum homi-
nes exhibe
operibus
naturale-
ges supe-
rantibus.
capere que-
ant.

Dei virtute staret, confirmat. *Nam si equabilis & idem, inquit; Magnus CALVINUS in Ps. XVIII. 8, semper fluere rerum tenor, non ita sensibilis esset Dei potentia, ubi autem vel subito imbre, vel tonitru, vel procellis colum transformat, necesse est, qui prius torpebant experges fieri: quia tam inopinatae vices Dei presentiam melius ostendunt. Sereno quidem & tranquillo celo plane conspicua est Dei majestas: sed quia sensus suos ad eam reputandam non erigunt homines, donec proprius descendat: David ut nos efficacius tangat, repentinus quibus percelli solemus mutationes, enumerat, Deumque inducit, nunc vestitum obscuram nube, nunc procellis turbantem, nunc precipiti ventorum impetu secantem aera, nunc fulgurantem nunc jaculantem grandines & fulmina; & in Ps. CIV. v. 4. His autem verbis admonet, denuo infit: non temere ventos surgere, nec fortuito impetu oriri fulgura; sed DEUM suo arbitrio regere & moderari quicquid est perturbationum in aere. Cujus doctrina duplex est fructus, nam si quando surgunt noxiæ venti, Auster aerem inficiat, segetes exurat aquilo, non arbores tantum sed edificia prostrnat: alii venti fruges terra corrumpant; trepidandum est sub iustis Dei flagellis. Rursum si Dens suavi aliquo vento temperet nimium calorem, si aquilone purget aerem fusculentum, si Austris aridam terram humectet; hic reputanda est ejus bonitas, cont. Steph. FABRICIUS in Ps. ho & COCCEJUS.*

§. XXXIII.

*Ventorum,
concupis-
nis & ignis
fines saltem
generales,*

Adeoque si Ventorum, terræ motuum atque ignis fines generales spectemus, sequentes, ut multa paucis completar, erunt: primò Deus hisce gloriam suam manifestat & homines de immensis potentiae sua viribus convincit. Secundò ex istiusmodi prodigiis mortales intelligent, ipsos atque terram ipsorum habitationi destinatam solo DEI beneficio stare, ac proinde bonitatem DEI erga se agnoscere & potentiam Dei, qui omnibus creaturis in hominum perni ciem si velit, uti posset admirari & celebrare tenentur.

Terr.

Tertio insolitis ventorum turbinibus ac ignium flammis homines avocantur à peccatis, eam enim ob causam DEUS interdum mira patrat in terra, producit ventos ex abditissimis thesauris, qui quando, ut VIRGILIUS ait *ib. I. Aeneid.*

magno cum murmure montis.

Circa claustra tremunt, fundamenta montium quasi commovent, a horribiles ignium flammæ oculis nostris obversantur, hæc omnia ceutotidem tubæ ac pœnitentia præcones auribus nostris inclamat: Resipisci, *An divitias benignitatis & longanimitatis. Divina contemnitis, ignorantes benignitatem DEI vos ad resipiscientiam ducere?* Rom. II. 4. ecquis ergo nisi omnem plane rationem excusserit Dei digitum in illis operibus quæ leges naturæ transcendunt, non agnosceret? neque etiam alium in finem ejusmodi opera singulari Dei sapientia, quam ad hominum mentes sui Deique oblitas à vitiis efficaciter deterrendas, disponuntur. Omnia Dei opera quidem sunt observanda *Hof. XIV. 10.* sed tantus est plerunque stupor humanus ut communia licet magna non observemus, solent extraordinaria magis afficere adeoque ad ea respiciendum est, idèo contingunt atque notabiliora Dei præsentia & virtutū in iis conspiciuntur signa *Pf. XLVI. 9. 10.* quinimò *Quarid* his signis ira Dei adversus peccatores *πνοὴ πνεότατας, feroce* indicatur *depluit Deus super improbos, prunas, ignem & sulphur, &c. Pf. XI. 6.* Id quod maximè in consummatione seculorum adimplendum restat. Ex hisce generalibus magis specialiora facili negotio possent deduci, nisi alia majoris momenti explicanda restarent.

§. XXXIV.

Id verò nobis h. l. mirum quoque videri minime dissimulamus, quod quum *causa* efficiens venti *Pf. CXXXV. 7. concussonis Pf. XVIII. 8. & ignis Pf. CIV. 4.* solus Deus sit, & ipsa hæc extraordinaria naturæ opera non solum egregium fidelibus, quibus pœnitentiam inspirant, adferant fructum,

*Licet Deus
sit Venti
&c. causa
efficiens,
tamen in eo
non fuisse
dicitur.*

40 DISSERT. THÉOL. DE ADPA-

sed insuper etiam egregia Jesu Christi & Spiritus S. bona F.
G. credentibus adplicantis, cuius signum ἐν τῷ εὐρύτακτῳ
ἄσπερ Φερομένης πνοῆς βιάλας sonitus è cælo tanquam ruentis
flatus violenti fuit agnitus, typos contineant, imò ipsi gentiles,
ad quos rerum in populo Dei gestarū fama dimanasse videtur,
„ Numinum præsentiam & adparitionem nonsine ingenti
„ aliquia locorum prævia agitatione fieri dicebant. Apud
„ CALLIMACHUM *Hymn. in Apollinem*, ad ventante Deo
„ totum autrum aut ædes fingitur commoveri

„ Οἶνος ὁ τῷ πόλλων ἐστίστετο δάφνινος ἔργηξ,
„ Οῖα δ' ὅλον τὰ μέλαθρα
„ Αὐτοὶ νῦν κατοχῆσες ἀνακλίνεσθε πυλάσω,
„ Αὐταὶ δὲ κλῆδες. Ο γάρ ΘΕΟΣ οὐκ ετὶ ΜΑΚΡΑΝ.

„ Quantopere iste Apollinis commotus est aureus ramus!
„ Quantopere hoc totum autrum!
„ Ipsa vos nunc repagula forium recumbite,
„ Ipsi etiam vos uictes. DEUS enim JAM NON LONGE
ABEST.

„ Quin & terram ipsum Diis discedentibus & hominibus ad-
„ paritulis μηνέτι δύνασθαι ἐσάγαι firmam & immobilem
consistere non posse. JAMBЛИCHIUS tradit de mysteriis c. 4.
uti hæc Clarissimus DEYLINGUIS Observ. Sacr. P. 3. obs. I.
p. 2. & seq. eruditæ demonstravit. Nihilo tamen feciis
תְּהִוָּה לֹא בַּרְעָשׂ יְהָוָה לֹא בַּרְעָשׂ יְהָוָה Non in vento, non in
concupiscentia, non in igne erat Jehova, dicatur. Nolumus Interpretum
sententiis de harum enunciationum sensu, siquidem
ex in h. l. quantum nobis scire datur, valde rara sunt, inqui-
rendis diutius immorari, quum meridiana luce sit clarius,
impropriè, quod Jehova non in vento &c. fuerit, intelligen-
dum. Nonne enim quæ ibi DEUS praesens, ubi quæ statuit
at-

atque decrevit effectui dantur, ubi tam luculenta ejus potentia conspiciuntur signa, ubi quæ fiunt omnes naturæ leges & humanum captum immane quantum superant? *Clar. MOMMA in Ocean. Temp. T. i. cap. XVI. p. m. 315.* sequentem rationem in medium profert. *Quod autem Dominus dicitur non fuisse in vento, motu, igne, eō natum fuit, DEUM in omnibus his non turbari; sed esse immutabilem, quietum, eranquillum, quamvis iram exercet, in corde tamen træfervorem non sentit, quamvis omnia moveat, ille a nemine commovetur & à nulla re, apud illum non est umbra conversionis* *Jac. I. 17.* *Quæ Dotliſimi VIRI verba quantum valeant postea patebit, possent quidem si modo aliis S. Scriptura locis confirmaretur, hunc sensum obtinere, nisi ἐνεγέραι illorum, prout quidem æstimo, ad angustos nimis limites redigeretur, atque insuper veritates, quæ juxta hanc sententiam proponuntur, satis superque essent cognitæ. Quem enim latet etiam medio-criter sanum, Deum esse immutabilem, ἀνιγγιστον, non turbari?* *Siquidem hæc sunt prima quasi cognitionis Dei ejusque perfectionum, quæ in DEI notione cuilibet obversantur, elementa.*

§. XXXV.

Dispiciendum igitur erit quisnam sit harum enunciationum genuinus sensus. Fortasse quæ supra de variis venti terræ motus & ignis emblematis *§. XXI. seq.* dicta sunt hic applicari possent, iis enim positis hac enunciatio negativa non erat *Jehova in vento* ita interpretanda foret. & Non complacere Deo in illis qui naturâ ventosi sunt, μόχθων εἰς ὄντευον, eaque agunt, quæ omni fructu carent, non absimiles viro stulto domum arenæ inadificanti *Matth. VII. 26.* & arundini à vento agitate *Cap. XI. 7.* Quum tentationes quibus probantur fideles fluctibus & procellis similes sint, quæ facile pessundant instabiles animos, quorum levitas tranquillo tempore non perspicitur, ficti nominis Divini professores

E

*Quomodo
interpretar
i possimus
illam enun
ciationem
A) DEUS
non erat in
vento.*

eō

cō discernuntur à veris, quum vento ac procellis impulsi, vel fluctibus allisi protinus concidunt, atque ita ostenditur, nec in illis complacere DEO, imò abominari DEUM. **x.** maximè tales qui Ecclesiam & veros DEI cultores op̄primere & delere student, atque hinc vocari merentur *ἀνέψυχοι γεωγεῖς οὐκ ἀπόφεται δέργοτες in fruſtra laborantes & aérem cadentes.* **I Cor. IX. 26.** **7.** Illorum conamina potentissimo Dei brachio, veluti vento altissimas cedros dejiciente & ipsos montes subvertente infringi, omnes illos, quos Spiritus ac Ventus iniquitatis agit & inflat, esse tanquam quisquilias, quas projicit ventus *Pſ. I. 4.* de quo perquam eleganter & erudite pro more **Magnus CALVINUS**: *Sensus est*, inquit, *quamvis nunc feliciter habeant impii, mox tamen quisquiliis similos fore: quia ubi Dominus eos ad inopiam redegerit, ira Ius flatu hoc & illuc dispellet.* Porro bac loquendi forma docet nos *Spiritus Sanctus fidei oculis contemplari quod alioqui incredibile videri posset.* *Quamvis enim emineat impius inſtar proceræ arboris, statuere tamen oportet, paleam vel glumam fore simul ac ejus altitudinem flatu suo dejicare volet DEUS.* **n.** Omnem, etiam illam fiduciam impiorum quæ in rebus caducis, quibus ceu idolis sacrificant, ponitur in ventum abire & evanescere *opinione celerius.*

§. XXXVI.

**B) DEUS
non erat in
terram mortu.**

Porrò abominatur Jehova **a)** Omnes illos qui de terrenis anxii nulla remage afficiuntur, quam quæ cum sensu carnis consistere potest, nil nisi τὰ ἐπίγεια φρονέντες *Phil. III. 19.* Nam qui requiem ac delicias requirunt inquit OECUMENIUS in h. locum, *h. terrestria curant: atqui Apostolus adserit τὸ φρονήμα τῆς σάρκος ἔχοντα εἰς θεόν.* *Quod caro sapit inimicitia est adversus Deum.* *Rom. VIII. 7.* **B)** Damnat Jehova omnes qui infeliciū discordiarum, bellorum tubas ac seditionum faces sese exhibent, quales sunt omnes impii, in discordiis, veluti salamandra in igne, vitam quarentes.

Ne-

Neque aliud quidpiam ab ejusmodi hominibus expectari potest, quomodo enim vinculum pacis servabunt, qui pacem cum DEO colere detrectant turpissimi fœdisfragi, hinc ἄγει εν τῷ κόσμῳ cum quibus Deus esse utique negari potest, 2) Et quamvis conscientia, quæ in istiusmodi αὐγήστοις Rom. I. 31. πειστηριασμένη cæterio resecta est, stimuli interdum pungant tum, quum irruit altus sopor in homines, illis occurrit pavor & tremor Job. IV. 14. coll. cum cap. XXXIII. 15. seq. tum verò quando ob vocem Dei in ordinariis naturæ operibus tum extraordinariis effectis clamitantem horrore corripiuntur, ut ad instar Caini Gen. IV. 14. in quem locum CYRILLUS Glaphyrorum in Gen. l. p. 16. & seq. videatur, dixit ero gemens & tremens super terram & erit omnis inveniens me occidet me, quemcunque contra se venire arbitrentur, & umbram propriam metuant, cum quibus Deus non est, interim licet probe norint, nullam sibi cum Deo esse communionem, adeoque nullam veræ & æternæ felicitatis spem, ad meliora tamen & saniora consilia non redeunt, sed eandem semper cantilenam canunt.

§. XXXVII.

Nec DEO a. accepta sunt οὐλαμαὶ αὐθάπει
mandata hominum quæ sanctissime Matth. XV. 9. detestatur,
non minus quam b. impiorum in defendenda doctrina
falsa æmulationem & fervorem, quod propter veritatis, quam
suppressam quin imò extinctam vellent propagationem ac-
cenduntur; Tanta vis aliquando est falsæ persuasionis, ut
idololatræ, hypocrita & falsi Prophetæ majori zelo interdum
flagrent pro falsa religione quam quidem pro vera veri fide-
les, ast verò has flamas non inspirat Spiritus Dei sed spir-
itus Diaboli, & omnis illorum fervor non nisi furor, zelos
non nisi peregrinus ignis est, qui offerentes devorat uti in
Nadab & Abihu hujus rei exemplum prostat Lev. X. 1. seq.
Illorum c. columnias quibus in ipsum non tantum Deum, sed

C) Non
Deus in
igne.

F 2

etiam

44 DISSERT. THEOL. DE ADPA.

etiam proximum ac se ipsos blasphemari, & injurii existunt, odit. Ita & lingua pusillum membrum est & sese effert magnificè. Ecce exiguis ignis, quantam materiam incendit? Et lingua flamma est & mundus iniquitatis. *Jac. III. 6* Vulgatus vertit universitas iniquitatis, quod univeritas in se iniquitates contineat. *Ilias malorum, Oceanus malorum.* Et sane peccat & iniqua est lingua mala multipliciter contra Deum blasphemando, contra proximum detrectando, contra seipsum vanè gloriando, contra præsentes & absentes, contra viventes & mortuos, nemini parcit, nec Deum nec homines reveretur *inflammata a gehenna.* Lingua improborum maxima mala mundo fidei-
lum infert. Eam ob causam Deus illos secundum *diazo-*
προσταγας absumet velut ignis stipulas, condemnando hosce
πυρολάτρας ad stagnum illud igne & sulphure ardens.
ὅπερ ὁ σπώληξ αὐτῶν εἰς Τέλειαν νὴ τὸ πῦρ & σθέννυται
Marc. IX. 46. ubi cum iis qui creaturas ventum, terram, ignem
præterito conditore coluerunt & foedis carnis affectibus
turpius quam gentiles olim, terra, venis & igni literunt, in
eternum excruciantur tum quoad animam tum quoad
corpus. Si enim ut ZANCHIUS de Operibus Dei intra statu-
tum sex dierum creantis p. m. 282. inquit, poterunt cruciari corpora, quid nō anima propter coniunctionem cum corpori-
bus Sympathiamque mutuam cruciari ab eodem poterunt igne.
Justissimum hoc Dei judicium est, quando juxta legem
talionis, per quod enim quis peccat, per idem quoque meritò
punitur; Deus impuros ejusmodi Epicuri de grege porcos qui
in talijs ἡδονais τε κέρπει sese volutarunt &, quemadmodum
olim Gnostici instinctum carnis Divinum, & veram viam
qua à carnis foeditate sese liberare possent & in DEUM quasi
redire, si omnes carnis concupiscentias explerent, esse pu-
tarunt, ita Summum Bonum in voluptatibus & omnis gene-
ris deliciis quæsiverunt foedissimis flagrantes affectibus, ad
rogum inextinguibilesque flamas damnat, in quibus, simul
qui

qui olim adversus Ecclesiam igne furebant & gladio, qui veluti turbulenti venti ex omnibus mundi plagis in domum Dei irruerant, sibi ipsis ignis erunt, & horribiliter abequent siti, ad eam, quam omnia Oceani flumina non exsatiantur, restinguendam guttulam etiam aquæ expertentes. *Luc. XVI.*

24. Interim in his justissimis poenit. DEUS non est, *primo* quatenus omnem gratiæ suæ sensum subtrahit & iis merito denegat, qui ejus gratia, dum viverent, abusi sunt, *deinde* non DEUS est in hisce suppliciis quia iis non delectatur, & quamvis DEUS ipse *ignis consumens* *Hebr. XII. ult.* qui impios perdit, nuncupetur, tamen non complacet ei in interitu hominum qui in mediis judicii, quæ in hac vita saltem secundum justitiam suam immittere debet, indolet,

§. XXXVIII.

Oyum verò in ipsis toties memoratis signis afflictionum & calamitatum, quibus haud raro ipsis fideles subjiciuntur, emblemata contemplemur, certo sensu dicere licebit *in iis Deum non esse*, si sc. sensum consolantis Spiritus Sancti gratiæ, qui in fidelibus sub cruce & peccatorum onere gentibus non adeo vividus & efficax est, quandoquidem S. Literæ Deum in afflictionibus tum Ecclesiæ toti³ *in genere*, tum singulorum illius membrorum *in specie* abscondere faciem sèpius monent, spectemus. Quoties fideles peccant, toties Deum quasi à se pellunt, ut enim nulla est communio luci cum tenebris, ità vera sanctitas & fides per quam Deus in cordibus nostris habitat per carnis infirmitates sèpius leduntur, ut Deus quasi gratiæ & communionis suæ sensum imminuendo recedere videatur *Pf. LXXVII. 8. seq.* eum in finem, ut fideles prudentiores efficiantur & circumspectius ambulent, ut postquam per seriam *metávoray* & ardentes preces benignum vultum Patris cœlestis quæsiverunt, in posterum à peccatis sollicitè sibi caveant, & cogitationes peccaminosias *in prima*, ut dicitur *herba*, ne in actum perducantur, suffocent.

*Déus non
est in affli-
ctionibus
fidelium.*

§. XXXIX.

*Extraordi-
naria
natura ope-
ra è faci-
unt, ut fide-
les liberen-
tur & Ec-
clesia con-
servetur
medios in-
ter hostes.*

*Omnes cir-
cumstantia
sublimius
quid per
hac porten-
ta, ventum
sc. montes
perrum-
pentem
concuasio-
nem & i-
gnem indi-
gitari do-
cent.*

§. XXXIX.

Quod si tamen ab altera parte illas calamitates & ju-
dicia Divina quibus fideles cum infidelibus s̄epius implican-
tur, consideremus, τοῖς ἀγαθῶσι τὸν Θεὸν πάντα συνεγένεται
eis ἀγαθὸν Rom. VIII. 28. itā medias inter afflictiones Deus
interdum inopinatō fidelibus adest ad liberandum, omnia sic
DEO elementa præsto sunt in usum piorum, EURUS in fundo
maris Israelitis viam aperuit Ex. XIV. 21. TERRÆ
MOTUS carceris fores reclusit qud Paulus & Silas libera-
rentur Act. XVI. 26. IGNIS Elisaum ejusque puerum
circumfulxit in symbolum Divinae protectionis, itā DEUS
promissa fideliter implet Eſ. XLIII. 1.2. Quotidie miracula
Deus patrat dum per extraordinaria naturæ effecta infide-
lium & Ecclesiæ persecutorum corda in tantum emollit &
aperit ut Dei digitum sentientes non adeo ferociter adversus
Evangelii professores s̄eviant.

§. XL.

Etiamsi hæc ita sese habent, cave tamen credas præ-
dictis sensum hujus visionis exauriri, siquidem omnes cir-
cumstantiæ ita comparatae sunt, ut sublimiora hisce subindici-
ari & indigitari nulli dubitemus, siccine enim Elias ex lati-
bulis prodire jubetur, ut qua vel proprio instinctu nosse
poterat, revelarentur? Siccine in monte coram Jehova con-
sistere & quæ contingenter probè observare jubetur nisi, quæ
altioris indaginis, essent retegenda? Quorsum terna repe-
titio non Jehova in vento, non in concusione, non in igne? Quor-
sum tam insolita præparatio? Quorsum tam stupenda natu-
ræ effecta? Nisi enim divinus quid & sublimius præsignifi-
catum nullo ex spelunca exitu, nullo Jehovæ transitu fuisset
opus, quum vel in eo, in quo Elias latebat antrō vel per בְּנֵי-
filiam vocis dici vel in aurem susurrarivel in insomnio revelari
potuissent, imò ne hisce quidem vates indiguisse videtur,
siquidem probe norat, Deum esse constantem, veracem,

JES 2001 ju-

justum vindicem & liberatorem suorum, præprimis ministrorum qui iis certo ad futurus, impios vero ad tartareas flamas destrulurus.

§. XLI.

Nemo quidem inficias iherit Eliam ex hac tam solemnis & illustri Jehovæ adparitione suavissimo solamine fuisse perfusum, siquidem tantudem erat ac si Deus Prophetæ auribus insuraret: noli animo frangi, quod tempora tua moestu atque dolore sint plena, quod Ecclesiæ facies pallida, ejus conditio tristissima ac deploratissima sit: noli ideo excruciarum quod calamitates undique turbulentorum ad instar ventorum ingruere videoas & sentias: noli ideo spem abjicere quod persecutores adeò esse ferores & in cultu idololatrico servidos experiaris: noli expavescere, quod illos totam quasi rerum universitatem blasphemis suis dipteris & elato sermone commovere atque ita celum terramque intolerabili suo fastu conclamare, audias, videoas, sentias tuo præprimis exemplo: cogites velim isthunc idololatrarum esse, semper fuisse morem, caveas velim, meo hæc nutu, beneplacito & mandato sic geri credas, omne dubium abjice, quasi mihi decesset robur puniendi hostes, ab ira tibi caveas, temperandus est tuus pro gloria mea laudabilis quidem zelus, sed non ultra quam par est extendendus, & non cum affectibus humanis confundendus; egregie hæc confirmant verba THEODORETI in 3. Reg. Interr. supra cit. Propter hac autem ipsum docuit, quod lenitate & clementia regere & administrare statuerit humanum genus, & quod esset ei facile fulmina & fulgura immittere in impios, & terram quassare & repentinum eis efficerre sepulchrum & ventis violentis universos perdere. Alii putant, verba CLARII in Biblitis Crit. horrendum illum ventum, fragorem & ignem à Domino Eliae ostensos, ut illum doceret, impiorum hominum magis desiderandam paenitentiam quam perditionem, & sustinendum peccatorem ad tempus, quam subito perdendum. Elias autem nimio fervens zelo nullum putabat peccatori dandum

Elias ex iis
signis ma-
ximam ce-
pit utilita-
tem ea e-
nim non
tantum fa-
ciebant, ad
consolatio-
nem, sed
etiam ad
confirma-
tionem in
munere
Prophetico,

pœ.

pœnitentia locum. At Dominus non invenitur in turbine impetuoso, in fragore omnia concutiente, aut in igne omnia subito devastante, sed in voce placida, i.e. in Spiritu mansuetudinis. Deinde ostendere DÉUS Elia voluit nullam sibi communionem cum illis intercedere, qui ἐπίγεια φεοντες furiarum ad instar iu omnia sclera præcipites ruunt, nullum sibi cum illis esse commercium qui deliciis hujus vita toti quanti inescati, non prius Divini nominis memoræ sunt, & non prius ex sopore evigilant, quam si rerum universitas potenti Dei brachio quassetur, cuius generis s. d. plures fuerunt illorum, qui plenis buccis hypocriticè clamabant יהוה הוּא בָּהֶלְאַל אֱלֹהִים non differentes ab iis qui dicunt: Domine, Domine! & tamen regno Dei excluduntur Matth. VII. 21. Difficillimum quandoque est hypocrisia, qui majori zelo pro gloria Dei flagrare videntur, quoad externam professionem & actiones a veris fidelibus dignoscere, multe enim speciem habent pietatis, sed ejus vim abnegant, hos quidem ex sapientissimis causis Deus pro sua longanimitate fert, manet tamen illos gravissima poena ob hypocrisiam, quam non hominibus sed ipsi Deo mentiti fuere. Porro eo ostensum est, Jehovam impiorum tyrannidi obicem ponere, eosque ad unum omnes sedibus suis exturbare posse. Denique uti ad imperium omnipotentis horribilis flabat ventus, & terra in subjectionis signum sese ceu pararam ad jussa creatoris exequenda movebat, ignis ex terra profiliebat, ita non obscurè eō indicabatur varia judiciorum genera ad puniendos idololatras esse in promtu, quos Deus vel vibrato fulmine percellere, vel cæcitate percutere, ut impios Sodomitas Gen. XIX. II. vel multas plagas in illos immittere ut in Ægyptios Ex. VII. seq. & magnam in illis stragem facere ut in Sennacheribi exercitu 2 Reg. XIX 35. vel terræ vivos devorandos tradere, ut CORE, DATHAM & AB RAM Num. XVI. 31. seq. vel igne consumere posset ut Nadab & Abihu Lev. X. 2. quod æque facile tuisset Divina potentia ac

v. 15.

venum Petras perrumpentes & perfringentem montes excitare,
negari ergo nequit, hisce signis Eliam mirè fuisse confirmatum,
quò omni timore posito in demandato sibi munere strenue
pergeret.

§. XLII.

Supra adductas rationes quare Deus non in vento &c.
fuisse dicatur non adeo absonas esse sequens evincit lene spiramen aurea, in quo Elias präsentiam Numinis extraordinario quodam modo sentiebat; non maximo opere sumus solliciti de sensu נָתַתְהָרָה לִירָה vox tenuis silentis LXX. habent φωνὴ ἀνέμος λεπτῆς, (λεπτὴ ἀνέμη subtilis aura & tamen ἀντικαὶ perceptibilis es war ein geringes und gelindes Wehen, dennoch aber sehr empfindlich und angenehm) Si Germanice redditur dici posset die Stimme oder das Wehen einer gelinden Lust vel uti LUTH. Ein sanftes Sausen, qui respexit ad λίρη generaliter pro quovis sonitu sumtum; ast distinctio obliteratur ex versu sequenti: *Ecce vox ad eum fuit, qua dixit, quid sibi reibic est Elia?* hic enim sonitus minori cum vehementia agitatatur, quod cognoscitur ex נָתַתְהָרָה silentio tenui, optimè sensum explicarunt LXX. Interp. per φωνὴ ἀνέμος λεπτῆς siquidem Hebraicæ voces quandam obscuritatem involvere videntur, quomodo enim נָתַתְהָרָה & λίρη vox & tamen silentium tenue convenient? Licet autem quædam discrepancy in verbis obseretur recte tamen Hebræi exponunt vocem demissam, adeo que res per se sat claret, & quotidiana probatur experientia, nam quamvis aer sepe quietus ac placidus, cœlumque serenum sit & dicatur, quoniam à nullo turbatur vento, ed tamen lene spiramen aurea non excluditur, quod non molestum ob vehementiam, sed suave ob refrigerium, & aestus nimii temperiem, non concutit montes, sed folia arborum jucundo strepitu agitat & motu quodam ipsa non tantum animata, sed etiam inanima vegetante & recreante, hinc vento

G

sua.

Modus ad-
partitionis
χαρά
Θέσιον.
נָתַתְהָרָה λִירָה
נָתַתְהָרָה vox
silentiis te-
nuis gra-
tiosa Dei
præsentia
emblema.

50 DISSERT. THEOL. DE ADPA.

suaviori & utiliori, quocum Divina præsentia ob utramque causam jure comparari meretur; istiusmodi inquam flatu lenes, incredibili quadam voluptate corpora nostra præ æstu insolentiori ferè clanguida afficiunt, ac refocillant, omnem gravem caliditatem pellendo; porrò dum lenes venti spirant non impediunt, quò minus aliorum voces & quæ in aëre alias contingunt, audiri queant. Quantum ergo differt suavis Zephyrus ab austero Borea, tantum etiam discriminem inter ventum montes perfringentem & hunc placidum sonitum observatur. Talis forsitan fuit, qui Davidi in Symbolum victoriae 2 Sam. V. 24, datus: Et esto quum audieris sonitum incessus in cacuminibus mororum, (pyrorum Vulgata habet, arborum nomen est idque satis habuimus exprimere Chaldaeus. Plures moros interpretantur. At alii stillas accipiunt cadentes lacrymarum more ut sit & pro ḥ nam בְּנֵי flere. Graci hic: τε κλαυθράνος. HESYCHIUS Βάκχος, μλαυθμὸν Φοίνιξ: An hinc Βάκχοι. H. GROTIUS in h. l. conf. POLI Synops. Crit.) tunc movebis te, tunc enim egredietur Dominus ante te, ad percutiendum castra Philisteorum. Pollicitus erat DEUS Lev. XXVI. 36. Se effecturum ut hostis fugiat à strepitu foliis agitat, hæc de gratiofa Dei præsentia in tenui sono nos dubitare non sinunt, ut nullis amplius opus sit verbis.

§. XLII.

Quadam a Spiritu S. in textu diligenter no- rata circumstan- dia.

Hoc loco prolixius de prompto Eliæ obsequio, quod alteram sensus literalis partem constituit, foret agendum, ubi iterum primò quæstio oritur, num Propheta antequam inciperent illa prodigia vel iis demum cessantibus ex spelunca egressus in monte coram Jehova constiterit? in quam utramque sententiam argumentis non destituimur: Secundo an Elijahu Divino mandato paruerit, quum in monte consistere jussus in porta speluncae πύρην substituisse versu 13. dicatur? Tertio an non eō, quando per Spiritum Sanctum notatur, Eliam in porta constitisse, exigua illa cognitio contemplato- rum,

rum, quam Prophetæ unquam habuerunt de mysteriis gratiæ, intelligenda sit, quamdiu enim in hoc terrestri tabernaculo servantes Basilius et Cor. V. 4. corpus corruptioni obnoxium aggravat animam & deprimit terrena habitatio mentem curis plenam Sap. IX. 15. 1 Cor. XIII. 9. Quæ circumstantiae non sine gravissimis rationibus à Spiritu Sancto notatae, adeoque minimè silentio prætermittenda. Verum quum prævideamus nos consuetos limites egressuros, hisce impræsentiarum studio supersedemus, eas opportuniori temporis reservantes.

§. XLIII.

Quod singulare quidpiam in auræ lenis flatu Propheta observaret & non in validissimo vento &c. indicium fuit regnum Dei non venire μελά παραληρήσεως cum splendore mundano qui incurrit in oculos, & hinc observari potest, siquidem regnum Dei non constat visibilibus praesidiis sed invisibilis. Non est regnum corporum sed animorum ut ERASMI Paraphrasis in Luc. XVII. 20. habet. Ventus perfringebat montes sed non adficiebat animum Eliæ, perrumpebat petras, sed non cor illius, ita charismata spiritualia non sunt estimanda ad modum regiminis mundani. Per vocem aura tenuis prout exponit THEODORETUS, ostendit, διὰ τὴν ἔδεξεν ἐπι μαρτυρίᾳ, καὶ Φίλα Θραπία μίνη Φίλη θεῶν: quod lenitas, benignitas & clementia sola Deo est grata. Vox lenis aura notavit Dei dulcedinem Φίλα Θραπίας, mansuetudinem, συγκαλέσασιν, verba sunt Claro. MOMMÆ in Oec. Temp. T. I. C. XVI p. m. 315. quæ digna ue hic adponantur, quodque vox illius sc. Filii DEI audienda esset & vocatura urbem Mich. VI. 9. ea tamen cum mansuetudine & lenticidine, ut de illo dici posset, Non clamavit, non exultit, non fecit audire foris vocem suam Eſ. XLII. 2. & ut omnino similis futura esset tenui aura, qua non multum facit strepitum, non procul auditur sed suavisimo refrigerio homines recreat & pecudes aërem purgat, camposque a solis astutantis ardore refocillat.

G 2

*Divinum
quid in leni
flatu obser-
vabatur.
Quorun-
dam de eo
allegantur
sententia.*

Im

Inò tum quidem fore multum ventum, motum, ignem; quis enim nescit, quæ judicis, motus, servores ante adventum Domini antecesserint exercita in iudaos & gentes; imò & illum secutasi sunt. Attamen Dominus non fuit in vento, motu, igne, neque illius culpa judicia hac illata sunt, sed hominum malitia illa contraxit; quo respectu THEODORETUS l. c. egregie adnotavit ἔκαστον δὲ τῶν ἀλλων η πονηρά τῶν αὐτούσιων εἰδεῖν, unumquodque autem aliorum attrahit hominum improbitas. Imò in mediis iudiciis indoluit Dominus, mansuetus corde, hominibus illorumque malis; & ne sancti in illis motibus perirent, perpetuè intercessit.

§. XLIV.

*Elias caput suum vela-
vit non mo-
re gentili
sed exreve-
rentia Je-
hovæ.*

Lenis auræ spiramen tanquam Divinæ præsentiae character ita movebat Prophetæ animum, ut ad restandam reverentiam Jehovæ, cuius gloriam mortalis oculus sustinere nequit, faciem suam toga suâ velaret, ἐπεκαλυψε τὸ πρόσωπον ἀντὶ ἐν τῇ μηλωτῇ ἀντὶ LXX. Interp. non more gentilium idololatrarum, siquidem Romani flamines velato capite sacra faciebant, quem ritum eos ab Hebreis receperisse Doctiss. in hoc genere HUETIUS in Dem. Evang. n. p. m. 274, probabile facit: Flaminum pilca, iisque virgæ, impositæ, quos Stroppos appellabant; item inarcula, ex malo Punica, quæ Reginæ sacrificantes in capite gestabant; & velamenta ac litui Augurum; commotacula quoque eorundem Flaminum, virgæ nempe, quibus cum pergerent ad sacrificia, homines à se amovebant, originem ducere videntur ex virga, quam gestabat MOSES & vela- mine quo ex monte descendens vulnus texit, ut & mos capite adoperto precandi, qui non penitus apud iudeos exolevit. Operuit Elias faciem tanquam indignus adspicere Dei, vel ad evitandam omnem, quasi Deus oculis corporeis videri queat, curiositatem & superstitionem, nam non potest me homo videre & vivere dicit Jehova Ex. XXXIII. 20. Videmus hunc sensum ingenitum esse omnibus, ut ad Dei præsentiam expavescant.

A.

Atqui id nobis utile est, ut quicquid in nobis est sculta confidentialiter vel fastus humilietur, modo statim accedat consolatio qua nos sublevet CALVINUS in Matth. IV. & Luc. VI. 8. Humanam infirmitatem glorioli Dei adspectum non ferre, testantur exempla illorum, quibus quosdam solum excellentia Jehovah radios videre contigit: Manah uxori dicebat, morte moriemur nam Deum vidimus Iud. XIII. 22. Hagar Gen. XVI. 13, admirabunda secum quasi loquebatur: Anne video post vindictem me? i. e. an abducendum vivo, lucem adspicio & oculis meis utor, postquam Deum vel angelum Dei confexi? Miror me e conspectu Divino exanimatam non esse, uti exponunt RIVETUS & Leonb. MARIUS. ἐπεκαλύπτειν το πρόσωπον alias etiam signum ingentis Iustiū vid. BYNÆUS de Iustiū Petri ob Domini sui abnegationem, MARCUS enim dicit ἐπιβαλὼν ἔκλαιε cap. XIV. 72.

§. XLV.

In vento vehementi, concusione & igne nullus perceptibilis exitit sonitus, at vero in leni vento Elijah articulata vocem Dei audivit, וְאֵלֶּה קֹדֶשׁ־הָאֱלֹהִים quid tibi rei hic est Elia? primo quidem ex modo allocutionis adparet Deum ab illo rationem reposcere rerum suarum & officii demandati: fidibus enim Dei servis continuò sic munere suo fungi competit, ut quovis momento illius rationem coram DEO reddere queant, jugiter in timore Domini versari debent, qui præ alias ad munus Propheticum sunt vocati, imò major cura illos decet, qui præclariorib⁹ dotibus cum Elia sunt à Deo instructi. Elias, cui non sine arcana significatione nomen וְאֵלָיִן inditum, cum nomine Spiritus Sancti particeps evaserat, hinc quo excellentioribus pollebat donis, eo industrius ab eo requirebatur studium collata gratia ad Dei gloriam & Ecclesiæ edificationem recte utendi quo enim plura alicui talenta sunt concedita, eo plus scenoris ab eo exigitur. Illud omnibus modis agendum, ut quam quisque doceat habet, inquit ERASMUS in Luc. cap. XIX, vers. 12, Paraph. primum

Emphasis
allocutio-
nis quid
tibi rei hic
est Elia?

memor

meminerit esse peccatiā Domini; cui debemus omnia, & in hujus lacrum erogandum bonafide, quod acceperimus, non quod ille ullius reis sit indigus &c. Paulo post: *Nec enim est quod hinc nobis vindicemus laudis aut gratiae, servi sumus omnes, operam debemus Domino. Sors tota est illius, cuius sumus & ipsi: tantum hoc pro sua cuique virili entendum est, ut angeat rem Domini, de premio relinquat arbitrium Domini, qui suo tempore promptam voluntatem nostram ac fidem conatum largissime remunerabitur; secundūd* Priusquam vates noster ex latibulis evocaretur quid agendum sit nesciebat, ita fideles Dei servi interdum dubii modo in causa Dei versari debeant, herent, consulendum ergo os Dei est, ab eo unicè dependendum; hoc Urim & Tummim sine ulla ambiguitate, respondet, promiserat servator discipulis, *spiritus suum locuturum in illis* *Math. X. 19. 20.* Spiritus hic veritatis in hunc usque diem *instar vocis Dei* est nos de faciendis vel fugiendis edocentis. *Tertio* Quamdiu omnia ex voto succedunt, Prophetæ miram semper constantiam prodiderunt, ubi vero fortuna quodammodo mutata & hostes minas ac cædes adversus veros Dei cultores spirantes non statim fuere repressi, humani aliquid passi sunt præ metu fugiendo. Ex quo vel me tacente *Quarto* quam misera sit eorū conditio, dum Divina gratia ad tempus quasi subtrahitur, quod omnis glorio & confidentia in propriis viribus pudefiat, patescit. *Quinto* Speciem increpationis hæc verba *Quid tibi rei hic est Elia?* habent obliquè nimirū nimia timeditatis & trepidationis accusatur, quandoquidem Prophetæ fuga sine Divino mandato suscepta, crimen minimè erat vacua, quod enim qui toties per miraculum ab hostibus liberatus ad unius imbecillis fœminæ minas Jesabelis sc. trepidaverit, reprehensionem utique merebatur, quam potius providentia Divinæ, quæ toties admirabilis circa illum fuerat, tuò omnem eventum committere potuisset ac debuisset. Ita nullus sanctorum in hac terra est, qui non suos interdum patiatur n̄evos. *Quod si* verò illi qui saevientibus in Ecclesiastam

siam persecutionibus fugiunt reprehensione digni, quam illi merebuntur poenam qui sine necessitate stationes suas deserunt mercenarii? Job. X. 12, 13.

§. XLVI.

Non potuit tamen non Eliæ hoc divinum alloquitum pergratum accidere, tum ob gratiosam Dei præsentiam, quæ in posterum fausta quævis portendebat, tum ob illi adnuntiationem adversæ hucusque Ecclesiæ fortunæ mutationem per idolatriæ Baaliticæ & tyrranicis Jesabeliticæ finem, quod utriusque terminus fatalis instaret manifestabatur per unitionem Iehu filii Nëmphi in Regem, & Eliæ in successorem in munere Prophetico, ille, uti eventus docuit, innocentis Na'bothæ sanguinis effusionem itemque cædem Prophetarum severè vindicavit 2 Reg. IX. 13. seq. X. 1. seq. & Achabo, imperfecta impia Jesabele, nullum reliquit superstitem secundum verbum Domini, quo Eliæ locutus vs. 17. imò vero Baalem destruktâ ejus æde, & combustis statuis & percussis omnibus sacerdotibus Baalis, ex Israele perdidit, quibus nunquam lætior nuntius Eliæ adserri poterat. Maximè incredibili affectum eum fuisse gaudiô necessum est, quoniam medios inter idolatras fidelium tamen semen καὶ εὐλογὴν, quum se solum esse relictum putaret, esse residuum 1 Reg. XIX. 14. Reliquos feci mihi, dicit Dominus ex Israëlitis septies mille, quorum omnium genu se non incurvavit Baali & quorum omnis os non osculatum est illum, intelligeret. Sapientiori multo, quam homines plerumque pravis affectibus fascinati judicare solent, modo Deus operatur, visum est Deo aliis mediis, quam ejusmodi erant portenta, uti ad confundendos hostes, non minima iracundiæ ceu corrupti affectus humani species est, injuriam recenter illatam statim ulcisci velle, ita agebant filii Zebedæi Βααγγεῖς (υἱοὶ Θρονῆς οὐντινοὶ Syrus interpretatur, filii tonitruj Marc. III. 17.) etiam hoc sensu vocati Luc. XI. 54. 55. Domine vis dicamus, ut ignis descendat è cælo, & consumat eos, ut etiam Elias fecit sed con-

*Alloquitum
Divinum.
Eliæ per-
quam gra-
tum fuit.*

ver-

versus Iesus objurgavit eos, dicens, Necitis cujus Spiritus vos fitis? videatur LIGHTFOOTUS Hor. Hebr. in Evang. Marc. III. 17. ita Deus certo suorum liberator futuros est, quemadmodum luculentissimum in Vate nostro exemplum prostat.

*Sensuum
Iesus.*

Licet Deus plura olim operatus sit extraordinario modo, omnia tamen egit cum homine methodo rationali, ut mens de iis quæ sensibus objiciebantur potuerit esse quam convictissima, eam ob causam legitimum ulum sensibus non denegemus. *Fatendum*, loquor ex ore Joh. Lud. FABRICII p. m. 149. *omnem quam de singulis rebus habemus cognitionem per sensus externos tanquam per fenestras aut ostia in ipsam mentis arcem penetrare. Nec enim aliunde mihi constat te hic esse, quam quod te bisce meis oculis video. Consensaneum igitur maxime est natura humanae ut ea quæ à nobis percipi debent, sensibus nostris quantum fieri potest objiciantur. Hinc ex prudentium prescripto multa audienda, inspicienda multa, quæ evadamus doctiores.*

*Vox silentii
tenuis
τὴν χαρὰν
in Spiritu
Sancto con-
notavit.*

En admirandam benignissimi Numinis συγκαρεθασι! En sapientissimum optimi Conditoris ordinem, quod non solum externis symbolis titubantes ministrorum suorum animos iterum erigere, sed & suavissima consolatione quæ sensus afficit, dum post nubila oritur phœbus, demulcere velit. Possem hic fusius explicare quod per vocem silentii tenuis, venit, concussionem & ignem insecuram, præfiguratus fuerit sensus gratiæ plenior atque vividior in fidelibus, siquidem hic supponit לְבָנֶשׁ בְּרִכָּה Spiritum fratrum & confratum Ps. LI. 19. non percipitur sensus gratiæ nisi præcesserit intimus sensus tristitiae λύπη κατα οὐκεὶ 2 Cor. VII. 10. Non solet Spiritus Dei jucundo solaminis sensu oblectare fidèles nisi prius corda prolixa peccatorum suorum agnitione

&

& profundo miseriæ sensu contrita sint Jes. LXI. 1. 3 præcedere plerumque debet vehemens ventus perfringens montes & perrumpens perras ante Iehovam, & terra motus & ignis antequam ex plasido silentio blandissima vocis susurrus audiatur, neque possunt animi electorum dulcissimo Spiritus Dei allocuio recreari, quin simul inflammentur amore Dei & ad intensem accurate pietatis studium excitentur. BASILIUS
Homilia in Ps. LXII. vs. 12, 13. inquit πρὸς μὲν ἐν τῷ αἵματι ἀγαθὸς ὁ Φόβος. πρὸς δὲ τὸν ἄπαξ εἰς ἀμαρτίαν ἀλισθάτα μὴ ἔστω τὸ προσθεῖται διὰ τῆς αἰνελπίσιας, ἀγαθὴ γέ ἐλπις τῷ ἑλέσσι. τὸ γαρ κράτος τῷ Θεῷ καὶ παρ' αὐτῷ τὸ ἑλεός. Sanè quam bonus ad hoc quidem timor est, ut ne quid iniusti operemur, in hoc porrò ut ne, qui semel in peccatum prolapsus est, de spe animum dejiciat, utilis apprimē est consequenda spes misericordia. Potes̄t̄as enim Dei est & ab ipso misericordia.

Expedit profecto nunquam fidelibus à Deo promitti gratiam, quin minæ admisceantur, nam ut nimium ad indulgendum nobis proclives sumus, nisi hi stimuli admoverentur, frigeret apud nos charitas & præceptorum Divinorum observantia. Verum hisce, ut omnem prolixitatem evitemus, longius deducendis non inhærebimur, in aprico enim est blanda hac tenuis silentii voce modum Spiritus Sancti, quem apud Poëtas *sacrum Flamen* vocari constat, corda fidei-
 lum præprimis sub N. T. quod δικαιοσύνη, καὶ ἡ ἔρηνη, καὶ χαρὰ ἐν πνεύματι οἴγμα Rom. XIV. 17. vocatur, exhilarantis, operationum proponi. Idem quæstione quæ hic morari posset num hoc silentio πρᾶτος λόγῳ ad insigne illud silentium semihorii in cælo Apoc. VIII. 1. respiciatur, supercedemus.

§. XLIX.

Absit verò à nobis hujus visionis sensum, non latius quam antea dictum patere arbitremur, absit adeò verborum S. Scripturæ nervum incidamus, absit à nobis ut ad omnes

H

*Ratio qua-
re Deus in
uno loco
cir-
mage*

Promissio-
nes Divina-
minis tem-
perantur,
ne fideles
sibi nimis
indulge-
ant.

58 DISSERT. THEOL. DE ADPA-

*quam in a-
lio præsens
esse dica-
tur, id quod
ad intelli-
gendum
harum e-
nunciatio-
num Deus
non erat in
vento &c.
sensum fa-
cii.*

circumstantias oculos ita claudamus quicunque enim æquâ rationis lance ipsa illa prædicata Deus non erat in vento, non erat in concusione &c. ponderaverit, allegoricè esse intelligenda lubens fatebitur, nam DEUS immensus & ubique ratione essentiæ præsens est. Deus ubique totus implens cælum & terram præsente potentia, non absente natura AUGUSTINUS de Civit. Dei lib.7. cap.30. p.m 694. Deus est idem, in mundo non inclusus; extra mundum non exclusus; supra mundum non elatus; infra mundum non depresso. Deus per præsentiam generalem omniibus rebus non physico contactu & corporeâ extensione sed in simplici & nobis incomprehensibili essentiæ Divina infinitate, intimè præsens est, ut ubique sit, & omnia coram illius facie retecta. Quamvis verò ratione essentiæ à nulla creatura absit, tamen quoad præsentia efficiaciam non omnibus eodem modo adest, hinc specialem esse præsentia modum, quum fideles favore & gratia sua complectitur Deus, S. Scriptura toties testatur. Fundamentum præsentia Divinæ, quam nos generalem vocamus Docti. J. Lud. FABRICIUS Op. p.m. 148. derivat à necessaria & omnimoda dependentia creaturæ à creatore, hujus verò scil. particulari à particulari liberrima providentia: Verum, sic se ejus verba habent, ut liberrimus donorum suorum dispensator sepius singularem quandam gratiam & peculiarem favorem quibusdam extraordinaria actione comprobat; cuius rei fundamentum non à necessaria universaliter, sed à liberrima particuliari providentia peti debet. Et quoniam illa qua communissima sensibusque nostris perpetuè exposita sunt, à nobis parum attenduntur, hinc sit, ut etiamsi universaliter ratione ubique agat Deus, non tamen alibi præriori significatu dicatur præsens, quam ubi particulari & extraordinario modo operatur. Nimurum si quod miraculum aut ordinarias natura leges transcedens exsurget portentum, ibi denum Dei digitum esse exclamamus; quamvis ubi vel minima herbulula aut arbuscula crescat, ibi eque sit Dei digitus, qui illam format. Ex quibus verbis ad præsentem

ma-

materiam apprime spectantibus causa quare Deus in horrendis illis prodigijs non fuisse dicitur, facile intelligi potest, quia scilicet particulari modo operatus est in blando lenis auræ fusuro, quum enim Elias in tenui aura præsentiam Numinis expertus primo intuitu quisque particulari modo sapientissimum Numen circa hanc lenem auram disposuisse non alium in finem, quam ut veram regnisi formam, de qua adeo sollicitus erat Elias delinearet & repræsentaret, colligit.

§. L.

Sive igitur rem ipsam, vel circumstantias loci, temporis, vel personæ spectemus hanc adpartitionem Jehovæ mysticè esse interpretandam, omnes inquam circumstantiæ testatum taciunt. *Uincunq; quis interpretetur, nemo non intelligere aperitissime potest, hac plenissima esse mysteriorum, que eodem duntaxat Spiritu possunt intelligi quo & facta & scripta sunt,* inquit CLARIUS. Quis enim horum signorum & externorum symbolorum usus erit nisi vera Ecclesiæ & spiritualium donorum typum in iis exhiberi credamus? Id eo minus mirum nobis videtur, quo præclarior hic Propheta prophetarum maximi Iesu Christi in miraculis, fervore in precibus, zelo pro gloria Dei, constantia & demum in cœlum adsumptione καὶ ἐξοχὴν typus & prodromus fuit §. IV. amplissimum mihi campum aperiri video, si ea quæ supra leviter tantum attigi de persona Eliæ ceu in compendio hic referre & applicare velim, imò si hujus Propheta antitypum primò Jesum maximum Prophetam, secundò Johannem Baptistam, Christi præcursem, quem Eliam fuisse ex servatoris ore *Mash.* XI. 14. ipse est Elias ille qui venturus est, discimus, tertio Waldenses & Wiclefitas, quarto Reformatores Ecclesiæ, quibus cum meretrice illa Babylonica, cruenta semper bella intercesserunt, constituerem. Verum de his similibusque imprætentiarum, quo & tempori inferriam & ea commodiori servem occasioni, præstat ἐπέχειν. vid. GRONEWEGEN in Hieroglyphicis ad vocem Eliæ.

H 2

§. LI.

Omnis cir-
cumstantia
adparitio-
nem mysticè
exponen-
dam esse
suadent;

§. LI.

quod probabile redditur.

Convenientissimum sane fuit & statui Eliæ valde accommodatum, ut illi Christus cum corpore suo mystico representaretur, quo sic ex statu primæ Ecclesiæ quæ sit conditio Ecclesiæ sub N. T. futura eò clarius colligi posset. Quando igitur in Oeconomia sub promissione & V. T. quædam cum hac visione evidentem analogiam & nexus habentia offenduntur, meritò adseritur Deum ceu sapientissimum *cui omnia opera sua ab avo nota sunt Act. XV. 18.* illam ità dispositisse ut eam quæ in antitypo est, veritatem & prærogativas N. T. eò augustius præsignificaret, quamvis enim hæc adparitio Jehovæ vel transitus typicus fuisse expressis verbis in S. Literis nuspian legatur, quum non existimandum sit omnes V. T. typos in N. T. expositos esse, tamen Paulus testatur plura restare mystice explicanda, dum dicit se de omnibus singulatim non egisse Hebr. IX. 5. Quod si nunc hic Apostolis montem Sina typice allegaverit Gal. III. 23. 24. quid verat quod minus nos mysticè quæ olim Eliæ Christi typo in illius vertice exhibita fuerunt, intelligamus. DEUM Ecclesiam V. T. per typos docuisse εχαγόντων est, typorum autem explicatio ob perspicuum antitypi cognitionem hodie multo facilior siquidem Christus, qui, ut BISTER FELDIUS de Scriptura eminentia §. 40. dicit, *Spiritus est & anima totius V. & N. Testamenti,* & secundum Apostolum ad Heb. XIII. 8. *idem heri & hodie & in secula,* fine tot typis, figuris & involucris, sub quibus ceu legis colophon latebat, oculis nostris expositus est. In omnibus quidem ut cum Dottiss. WITSIO Oecon. Fæd. lib. 4. cap. 6. de typis p. m. 639. loqui mihi liceat, *caute agendum est μελά Φίβε καὶ τρόπος, ne mysteria fingamus ex proprio corde nostro, horumve obviro collo trahamus, quæ aliorumsum spiculante.* *Injuria Deo & ipsius verbo sit, quando nostris inventis deberi volumus, ut sapienter aliquid dixisse vel fecisse videatur.* Ubi vero perspicuum & speciale typum inter & antitypum con-

convenientiam deprehendimus ibi id nobis negotii datum esse opinemur ut τὴν σοφίαν τὴν Θεᾶν ἀνέγνωσον agnoscamus & celebremus. Ita sufficit ex prælaudati *Virtutis sententia*, *ut in tipo tenuis admodum imago sit rei præstantissime, quæ in antitypo eminentissimo modo reperitur*, IMO QUO RES SIGNIFICATA AUGUSTIOR EST EO TENUOREM NECESSE EST ESSE IMAGINEM &c.

§. LII.

Discrimen utique maximum inter tempus quo gratia præfiguratur atque promittitur & illud quo adimpletur ac Ecclesiæ confertur, esse debet, hoc sensu Johannes gratiam contradistinxit legi in *Evangelio cap. I. 17.* Lex per Mosen data est, gratia autem & veritas per Jesum Christum facta, non tarda est antithesis, loquor ex ore CALVINI in l. c. quum legem opponit gratia & veritati, nam utrumque horum legi defuisse significat. Veritas autem meo iudicio pro firma & solida rerum stabilitate capitur: per nomen gratia spirituale eorum complementum intelligo, quorum nuda litera in lege continebatur. Ac possunt duas iste voces per hypallagen eodem referri: ac si dixisset gratiam, quæ constat legis veritas in Christo demum exhibitam fuisse. Verum quia idem manebit sensus, connectasne an distinguas parum interest. Hoc quidem certum est Evangelistam velle in lege adumbra tam duntaxat fuisse spiritualium bonorum imaginem, in Christo vero solide præstari: unde sequitur si legem à Christo separares nihil illic restare præter inanes figuræ. Tolerandum igitur est si sacræ Scripturæ, quæ rigorem legis gratiae contradistinxerint convenienter Rom. VI. 14. & passim alibi dicamus Deum iunc temporis in Oeconomia prisca sub Promissione & V. T. nondum fuisse presentem, talem scil. qualem se in Jesu Christo ἐν πληρωμῇ τῷ Χρόνῳ Gal. III. 4. revelavit. Et quamvis nemo sit, qui neget Spiritum S. suo modo ac gradu illi statui convenienter fidelibus priscis indulximus, eosque in fide, spe & sensu gustu que divini amoris deliciatos fuisse, satendum tamen est Spiritus S. operationes & rariores & parciores multoque terrore mistas

Quia discrimen maximum inter promissionem & implementum ideo certo sensu Deus ante Christum exhibitum non fuisse praesens dictum potest.

mistas fuisse: adeo ut comparatione ad ubertatem bonorum N. T. facta Spiritus S. sub V. T. nequidem *exitisse* dicatur Job. VII. 39. Quam exigua tunc obtainuerit cognitio, conscientiae pax imperfecta, sensus consolationis obscurus, παρ' ησια trepidatione & formidine temperata, omnia enim præ iis quæ fidelibus N. T. conferenda bonis tenuia, macra & evanida erant, ipsa œconomia illius natura docet, ubi Christus sub tot typis & figuris adumbrabatur, ubi F. G. multa ænigmatum ambage circumscrivebatur & quotidiano victimarum sanguine quasi tortidem subscriptionibus chirographum exhibebatur. Quoties horrenda illa legis carmina & tonitrua ob conscientiam peccatorum & justum divinæ vindictæ metum horrorem iis ingeneraverunt? ut Apostolus diserte adserat eos per omne vitam damnates fuisse servituis metu mortis. Hebr. II. 15.

g. LIII.

Ordo tractandi sensum mysticum.

Quibus præmissis insensibiliter ad hujus visionis δηλωτiv πνευματικην devenimus, postquam illa prædicata Deus non erat in vento, non erat in concussione, non erat in igne, allegoricè vel figurate accipienda esse probatum dedimus I. Q. E. D. Quis itaque virtus nobis vertet, si in hac insolita & gloriofa Majestatis Divinæ adparitione totam F. G. œconomiam adumbratam esse evincere ad laboremus. Dum vero ad sensum mysticum indagandum nos adcingimus ordinem servabimus sequentem, ut I. Oeconomiam sub Promissione vento montes perfringente & perrumpente petras, II. Oeconomiam V. T. terre motu & igne; III. Novi Fœderis verò jucunda tenuis silentii voce præfiguratas fuisse, qua fieri poterit brevitate demonstremus. In tertia parte ita rursus versabimur, ut hanc visionem evidentem ad modum N. F. administrandi respectum habere verbo ostendamus. Non longa haec ambage enarrare, sed quæ scopo inserviunt tantum tractare fert animus. Hanc sententiam eò confidentius à nobis stabilitum iri speramus, quo luculentiora illius in lacris paginis con-

conspicuntur vestigia quæ sensu mystico suffragantur, &
quò clarius res ipsa de eo testatur.

§. LIV.

In δηλώσεως πνευματικῆς frontispicio merito ponitur insignis locus Gen. III. 8. Quando protoplasti vocem Dei in horto ambulantis ὅταν τοῦ ad ventum diei audivisse dicuntur. In diversum quidem sic abeunt Interpretes, quid per ὅταν τοῦ VENTUM DIEI intelligendum sit, quidam tempus vespertinum, quemadmodum PFEIFFERUS secundum Irenæ & aliorum sententiam, qui in eo concinnam analogiam captant, nempe venisse Filium Dei circa diei vesperam & promulgasse promissionem, qui venire volebat circa mundi vespeream eam impleturus, probare conatus est. Alii in diversam magis conjecturam inclinant, & tempus potius matutinum, ut per totam noctem primi homines inter arbores trepidi & pavidi latuerint, designari malunt: quæ opinio in se spectata & rationi & circumstantiis adcommodatior videtur, si enim analogias formare & in tempore quô Deus protoplastis adparuit mysteria querere velimus, sanius utique erit dicere venisse circa auroram qui veram mundo lucem ceu Sol iustitia Mal IV. 1. illatus & mundum tenebrosum illustratus erat. In Christi adventu lucem quandam eximiam exorituram iis qui in tenebris & umbra mortis versabantur, promisit Jesaias IX. 2. & LX. 1. seq. Christus enim, sic ERASMUS Job. I. 9. egregiè παραφέρει, est illa lux vera semper manans à Deo Paire, fonte omnis lucis, unde lumen munatur, quicquid lucet in celis & in terris. Sive inter homines sive inter angelos, si qua scintilla ingenii, si qua cognitio veri, si quod fidei lumen, ab hoc fonte proficiuntur. Quemadmodum absque sole cœlus est bio mundus, ita absque hac luce caligante univerſa. Mundus autem ubique regnante peccato & abominandis erroribus undique tenebricosus erat, conf. ea quæ in vs. 5. hujus cap. commentatus est. Magnus CALVINUS posteriori huic sententiæ patrocinatur dum in Gen. III. 8. ejus verba

*Adparitio
Dei in ven-
to, quando
facta Gen.
III. 8. Varia
de vento
diei senten-
tia.*

nant: quod primi homines suò integumento operi noctem in silencio & quiete transegerint adjuvantibus eorum hypocrisi tenebris; deinde circa auroram de integro expergefacti ad se ipsos redierint. Scimus ex oriente sole naturaliter auram excitari, simul ergo cum flatu Deus apparuit. CHRYSOSTOMUS verè medium, dum οὐρανὸν ad ventum diei interpretatus est ad meridiem, tenuit. (Gentiles circa meridiem visa Deorum expectabant THEOCRIT. Idyl. I. οὐ Θέμις ἡ ποιμὴν, τὸ μεσαμβρινὸν, & Θέμις ἀμφὶν Συρίσθεν. τὸν Πάντα δεθοῖσαντεν. Haud fas est, οὐ Pastor! jam circa meridiem, hanc fas est nobis fistulā canere: Veremur PANA.) Quid in tanta opinionum diversitate sentiamus, perinde erit. Claro DEYLINGIUS à communi sensu recedit, & locutionem metaphoricam esse conjectat, desumpta metonymia à plaga mundi quæ à ventis cardinalibus denominantur & vocalam נ ad notandam mundi plagam ex DAN VIII. 8. וְרֹוחַ אֶבֶן ad quatuor ventos calorum seu quatuor mundi plagas adhiberi probat. Hinc verba ωντηνόν AD VENTUM DIEI exponenda esse censet, versus eam cæli plagam aut horti partem unde ventus vehementissimus tempestatem & tonitru advehens, eo ipso die spirare inceperat & ortus erat, vel etiamnum flabat. Ut primi parentes sonitum aut tonitru crebro fulgere mixtum in paradiſo audiverint, sive & detonare incipiens versus ventum illius diei, aut juxta eam plagam, quæ ventus vehementior, qui tempestates præcedere & imbræ actonitrua advehere solet, eo ipso die flabat. Quam interpretationem cum Doctissimo Viro Observ. Sacr. P. 3. p. 8. sine salebris fluere & à sermonis Hebrei usu non esse alienam lubentes fatemur.

§. LV.

Dubio procul notabile signum præsentiae Divinæ non verò gratia (saltē primo intuitu quum Deus obverfaretur tanquam judex) in illo flatu exitit, quod Deus adventus sui indicium ad stimulandas Adæ & uxoris conscientias dedit info-

*Extraordi-
nario hoc
venti flatu
misere ter-*

insolito hoc vento, quum qui antea spirabat in paradiſo suavis & lenis erat, hic verò insolentior inhorrescere inciperet, DEUS primorum hominum animos vehementer perculit. Sic quoties videtur DEO, tam ventis quam alis creaturis præter naturæ ordinem ad suum arbitrium utitur: David adpellat *ventos Dei nuntios super quorum alas equitat.* Ps. CIV. 3. Hic ventus cum tonitru ad peccatores eò mage terrefacientdos fuit conjunctus. De eo dici potest non Deus in eo, quum adpareret non tanquam gratiosus, sed vindicta transgressionis F. O. acerrimus.

§. LVI.

Ventus magnus ac vehemens coram Jehova montes perfringebat & perrumpiebat petras, eundem ferè illius ad cuius flatum adeo contremuerunt protoplasti, suis effectum intelligimus ex sequentibus. a. Quod omnibus oppido viribus, quibustam temerario ausu innixi sese contra Deum cœli terræque opifiscem atrociter efferebant, sese destitutos esse cernerent. Hinc b. Vesani fastus, quo ad summum dominium & æqualem cum Deo potestatem adspiraverant, vanitatem agnoverunt, qui voluerunt super stellas solium suum exaltare & super excelsas nubes ascendere Jes. XLV. 13. seq. ad inferos sunt deprestî Marth. XI. 23. Ex horrendis hisce signis spem illam qua à deceptore lacefitti, ac si nulla veram felicitatem inveniendi & stabiliendi comodior via quam fructum vetitum degostare, fallacem serpentis fucum merasque illuforias tentatoris technas deprehendebant. Erant quidem *לְבָנֵי יְהוָה* coram Jehova, quatenus nihil eorum quæ contra datam legem commissa, Deum latebat, sed tamen non potuerunt c. coram facie Dei consistere, ex quo status sui mutationem quod ceu impuri fœdissimisque affectibus contaminati à communione Dei essent alieni, agnoverunt. Quæ & fuit ratio ob quam primò nuditatem pudendam tegere studuerunt, secundo verò horribilem adventancis Judicis adspectum cujus vocem *כִּי תַּחֲרֹת* in-

refacti sunt
primi ho-
mines.

Primorum
parentum
fastus mi-
serumha-
buit exi-
tum.

horto ambulantis vel ambularem, tonitru sc. & fulgere
crebro frequenter in se eunte ab una cœli plaga in alteram
atque hinc inde tendente, mixtam audiverant, effugere
conati sunt, haud obscuro indicio se omni gloria, quæ ex
familiaricu[m] Deo conversatione in eos resulsi[us], omni felici-
tate cuius sacramentum in paradiso & arbore vita obtine-
runt, quamque ex legis operum observantia jure exspectas-
sent, excidisse & cum communione Dei simul veram illius
cognitionem amisisse, id quod ex fuga illorum & mox inse-
cuta ex paradiso ejectione videre est.

§ LVII.

*Quod si cuncta curatius paululum peniculemus tota
Oeconomia sub promissione vento adsimulatur merito;*
ipse enim status & conditio illius hoc satis abunde testatur.
In genere quidem a. per transgressionem legis omnes ho-
minum actiones tum internæ tum externe sunt corruptæ
adeoque vanæ. b. Quoniam fragmentum cordis humani malum
à pueritia Gen. VIII. 21. homo per pravos affectus eum tot
incitamenta malorum, quaquavorum agitatur & veluti
turbine rapitur, cuius experimentum in primis mortalibus
quum latibula querendo conspectum Dei vitare vellent,
se prodiit luculentissimū. Meretur ergo c. peccator justam
poenam quæ per horribilem vocis condemnantis sonitum in
auribus illius intonare & intimari debet, non potest enim
sententia judicis in se licet justa, esse accepta & suavis. d.
Subsidio aëris ventis temperati, vita animalis, quum sine
respiratione vivere non detur, conservatur, s. d. antequam
homo peccavit suavi & leni animata ac inanimata recreante
vento usus est, ast eheu! illud tam necessarium post pec-
catum adeo nocivum effectum fuit, ut universum orbem,
quaqua flant venti, nobis quasi inimicum sèpius sentiamus,
& merito, quum propter peccatum ἡ κτίσις ματαίτητη
ὑπελάγη Rom. VIII. 20. per eam jure peccator punitur, ita
natura sibi illatam injuriam quasi ulciscitur. Faciunt
qui-

*Omnium
hominum
in genere
conditio
vanitate
plena &
vento simi-
lis,*

quidem venti, ut purius sit æthereæ illius auræ pabulum, quod spiritu attrahimus, ast calore & frigore nunc juvant, nunc nocent, atque corpora humana gravant, quo respexit HORATIUS l. 2. Sat. VI. quum Austrum vocat plumbeum, tam quod corpora nostra reddat coloris plumbei ac pallidi, quam quod illa quasi plumbea faciat, ut quo ingravescant:

Nec mala me ambitio perdit, nec plumbeus Auster,

Austumnusque gravis, Libitina quæstus acerba.

conf. ea que §. XVI. diximus. e. Et si ponamus hominem supposita satisfactione, cuius tamen ceu μυστηγία ἐμολογεῖν
μερις μερίδα modus homini sibi relicto incognitus plane, sperare potuisse Deum salvâ sua justitia & sanctitate sibi velle reconciliari, tamen hæc ipsa spes timore mixta fuerit, necesse est. Siquidem τὸ cogitare de Deo, erat cogitare de Judice, quem severissimum conscientia dictabat, quod sine interno animo angore fieri haud potuit, hinc intellectu facile est primos homines fecdere operum per peccatum rupto mirè fluctuasse, & ad strepitum quoque foliorum trepidasse.

§. LVIII.

Cujus rei veritas exinde porrò claret, quod promulgatio licet proteuangelio quo primis mortalibus quædam lux adfulgere cepit, sapientissimo Numini tamen placuerit gratia sua solummodo quasdam stricturas exhibere, id quod sepius fidelium sub Promissione mentes anxiæ admodum reddiderit necessum est, quam ob rem variis dubitationum fluctibus eos hinc inde suisse jactatos adferere non dubitamus. i. Incertitudo temporis quo semen promissum mitendum haud parum eorum adfixit animos quoties Messiae recordarentur. Quamvis de fide protoplastorum in futurum mundi redemptorem non nisi bene sentiamus: *Adam enim qui peccando pater factus fuerat omnium morientium 1 Cor. XV. 22. nro: em suam vocavit m̄ ex fide promissionis divine, credens juxta Dei verbum, neminem hominum veram vitam habiturum esse, nisi qua ab ipsa dimanasset; cuius tamen principium*

I 2

*In specie
sub promis-
sione licet
proteuan-
gelium pro-
mulgatum,
qua tamen
vanitas fi-
dim Protop-
lastorum
non labo-
ratur.*

non

non in ipsa muliere, sed in capite seminis ex ipsa nascituri, querendum erat. Continet ergo hac nomenclatio confessionem fidei, qua in Adamo erat & testatur, quid Adamus filios suos docuerit, & ad quam spem eos per verbum Dei formaverit: qui in ipso nomine uxoris sue, quories illam compellaret, voluit extare μηνύσουν promissionis Dei & sua spes. Eandem spem testata fuit Eva, quando primogenitum suum enixa, exclamabat חַדְרָה - תִּזְאַשֵּׁת קֶדֶם Gen. IV. 1. (putaverit Eva se hoc semen hunc Virum Dominum obtinuisse, juxta HEIDANI in Corp. Theol. loc. VIII. p. 9 sententiam. Mater Eva tantum de Caino presumit, ut putaret se natum virum qui esset Jehovah, id est Messiam; aut si turpe illam in rem tam evidentem etenim peccasse, putaverit hunc Cain esse argumentum, prænuncium & præcursorum viri Domini. MOMMA Oec. T. p. m. 28.) Pietas suadet de fide matris Eva recte sentire eam nempe scivisse & credidisse Messiam non tantum θεον θρησκευτον fore, sed & semen mulieris i. e. filium virginis. Absque hoc enim fides error fuisset, non fides: neque fuisset solatio. Non potuit igitur existimare, se Cainum acquirendo Messiam acquisuisse, quem CAINUM FILIUM VIRGINIS NON ESSE exploratisimum haberet. Hucusque Doct. WITSIUS Oec. F. D. l. 4. c. I. § 31. & 33. conf. PFEIFF. in l. Gen. IV.

§. LIX.

Eo tamen non obstante 2. vanitatem agnoverunt, ejusque quasi perpetuum extare voluerunt monumentum protoplasti, quem Eva parere pergens peperit Abelem à vanitate & inanitate nomen portantem, tametsi parentibus suis fuerit charus, & primus quidem qui ex hominibus cœli gloria donatus extitit, adeoque præclarus Jesu Christi, qui scilicet quando ἐν πληρωματι τῷ χρόνῳ erat exinanitus, adsumtā forma hominis qui vanitatis similis Ps. LXII 10. typus fuit. In Caino eximium & pergratum quid se accepisse putaverunt, scilicet hunc esse argumentum & pignus VIRI DOMINI, ast in Habele memores fuerunt vanitatis subjecta esse

*Vanitatem
agnove-
runt primi
parentes.*

esse omnia Rom. VIII. 20. vanitatem esse omnem hominem.
 Quod si unquam vanitatis indicia videre licuit, in his fratribus cernuntur, id quod tam diversa nominum impositio indicavit, quum Cainum (fortem utriusque Deo non minus, quam postea in Elavo & Jacobo dirigente) *ire, Habetem verò amoris exemplum* posuit, siquidem moribus & vitæ, agendique ratione maximè impares evaserunt. Ita primi homines spem quasi omnem decollasse, se spe sua mature fatis concepta aliquo modo frustratos fuisse, quum in Caino nihil offenderent, quo futuri seminis, Messiae nimirum virtutes & proprietates exprimerentur, declarant. Super Caini nativitate exultaverat adeo Eva, & postea illius animæ cessit in amarorem, ex eadem proinde vite stolones & ex eadem progerminant frugiferi palmites. Imprimis hoc piorum familiis proprium ac familiare, quod ex Caini, Chamii irrisoris, Imaelis & aliorum exemplis oppidò constat. Ex Eva mors, ex eadem vita, ex Eva filius mortis & alter vitæ non sine sapientissimi Numinis directione prognatus fuit.

§. LX.

Latius verò 3. vanitas sese diffundere cœpit, quum homines ad unum fere omnes sese fœdissimis mancipari affectibus, quapropter tradidit illos Deus ēπιθυμίας τῶν περιδιῶν αὐτῶν εἰς ἀναθαγίαν Rom. I. 24. Impietas, ne de aliis sceleribus dicamus, qua velle recensere idem foret ac Augiæ stabulum repurgare, sese in eo prodidit maxima, quod per turris Babelica extrusionem omnem religionem & cultum certo cuidam loco & cœtui, humanæ proinde auctoritati, quam tamen Deus, qui religionem non vult humana auctoritate propagari, semper enim Deo in religione displicuit quod suo sibi arbitratu homino excogitaverat, tanquam βδέλυγμα sanctissimè abominatur, adserunt. Sanè si qui unquam in ventum laborasse ἀνέψηστο διci possunt, malesani hi architecti sunt, qui, irrito successu, non minus animorum dissensu, quam linguarum discr-

*Vanitas latius serpsit,
quod maxime ex Babelica turris extrusione liquevit.*

discrimine, quō veluti Spiritu turbinis percellebantur, immiso, procacis sua temeritatis stultitiae & insaniae, in omnes mundi plagas per γλωττοσύγχυσιν dispersi, pœnam derunt justissimam. Vide Sodes rebellis carnis sese turpiter & damnabili conatu contra ipsum omnia prudenter dirigen tem Deum efferentis vanas machinations! Vide amabo quam arroganter humana ratio sine Deo sibi facere nomen intendens superbiat! Non ergo mirum vento quasi procelloso plane excœcatos hos structores, in quatuor mundi plagas ipsis cooperantibus ventis, ut eō modo æternum impietatis monumentum extrueretur, fuisse disjectos.

§. LXI.

*Vanitas
conspicitur
in externa
Ecclesia fa-
cie.*

Fructus ex illa vanitate 4. emergentes admodum fuere acerbi, quum ipsa Ecclesia tristissima exinde cœperit detrimenta, ea enim incertis sedibus vagabunda ex illo tempore conspicitur. Durum quidem illud fatum erat, tristis illa conditio ac facies, quum universum genus humanum animalibus mundis & immundis immixtum areæ inclusum, omnibusque periculis, turbinibus, fluctibus & procellis, ut quasi non adpareret, expositum. Miserrimum quoq[ue] Ecclesiæ ex impio Chami consortio quasi polluta statum, quem qui non agnoscit, rabido mentis œstro totus quantus percitus est. Arcam hanc Ecclesiam figurasse in eo præprimis, quod sicut in arcum cum piis quoque profanus Chamus intraverat, & cum mundis pecudibus plurimæ immundæ, ita in externam Ecclesiæ communionem multi impuri & hypocritæ irrepturi sint, solide WITSIUS Oecon. F. D. lib. 4. cap. 6. §. 21. seqq. exposuit. Sed non mitius illud, ut nunc statum Ecclesiæ & Doctrinæ gratia sub Noacho, Semo ac Japheto, silentio transeamus, in persona Abrahami in face idolatriæ demersi. Quamvis enim ex eo Divina misericordia elucescat, quod DEUS illi manum porrexerit & errantem in viam reduxerit, ut penes ipsum vitæ foedus resideret, & in eo Ecclesia suscitetur ac statuatur fidelium omni-

omnium pater, qui quando patriâ & necessitudinibus suis relictis aliò proficisci jubebatur, Ecclesiæ latius extentandæ typum gestavit Gen. XII, 1. Att. VII, 2, attamen Ecclesiam tunc temporis variis iisque maximis adversitatibus fuisse cinctam. α) in persona Abrahami, adhuc dum inter ido-latras in Ur Chaldæorum degentis, inter illos qui ignis Divini honorem tribuebant, versantis, hinc Ur à cultu ignis nomen accepit, nisi secundum alios lucem ac solem intellexerint: Forte omnium primi fuerunt Chaldei sive Babylonii, qui ignem adorarunt, inde עַרְכָּה Ur i. e. Ignis Chal-dæorum Gen. XV, 7. quæ idolatria præprimis Moabitarum & Ammonitarum eò usque furere erga ignem solebat, ut etiam charissima pignora liberos maximè amatos Molocho vid. GOODWINI Moses & Aaron lib. 4. cap. 2. §. 1. seq. obtulerint eos vivos comburentes Lev. XX. 1 Reg. XI, §. 7. 2 Reg. XXIII, 10. conspicitur. β) Adparet illud ex Abrahami non minus quam Iсаaci & Jacobi, ac Patriarcharum peregrinationibus, quibus non obscure diversa Ecclesiæ fata expressa fuerunt,

§. LXII.

De Doctrina F. G. illiusque sacramentis sub tempore promissionis impræsentiarum dicere non vacat; vid. MOM-MÆ Oeon. Patriarch. Nemo inficiabitur illius Oeconomiae fideles convenienter isti statui bonorum spiritualium factos fuisse participes, quemadmodum quod Abraham creditit Deo, imputatum ipsifuit adiustitiam Rom. III, 3. ita omnes per fidem in semen promissum vitam æternam obtinuerunt vid. sèpius laudatus WITSIUS E. D. l. 4. c. 3. §. 3. seq. Præstantissimæ promissiones Abrahamo omnium credentium patri honorario & arctissimo cum Deo fœdere juncto, multiplicatio nimirum seminis ipsius per Iсаacum Gen. XIII, 16. XV, 5. hereditas terra Canaan Gen. XII, 7. eductio ex servitute Ægyptica facta. Nullum illo beneficio majus: *Ego tibi clypeus sum & merces amplissima Gen. XV, 1. Ego qui sum רְאֵל ero tibi*

*Fidelibus
ante legem
egregia
promissio-
nes factæ*

in

in Deum, & semini tuo poste. Nulla amplior gratia, quam non tantum omnia Dei יְהוָה bona, quorum est ditissimus, sed & ipsum Deum omnium bonorum fontem possidere, nulla augustinus felicitas quam Dei omnisufficientiae in gratia & gloria, communionis & fruitionis Dei in anima & corpore pretiosissima tenere pignora, ejusque indubitata in se comprehendere criteria, ita fideles *ante legem*, utor verbis Clar. MOMMÆ, *in semine promisso, Iesu Christo omnem fiduciam collantes, & fide grata Deo facere studentes, in consilio Dei gratiosissimo ducti, deposito corpore mortali, quoad animam & Spiritum in gloriam celestem assumi & illius civitatis, qua fundamenta habet, cives facti sunt.* Potuit Abrahamus Deo tribueré gloriam ac persuasum habere, eum *quod promiserat, posse efficere.* Potuit promissiones tanquam æternæ beatitudinis sigilla, nativitatem Isaaci, ex effœta muliere & alias sterili, seminis sui multiplicationem quæ & Israelem *κατὰ σάρξα & κατὰ πνεύμα simul spectabat, firma fide amplecti, atque in Deum τὸν ἀψευδῆ mentiri nescium, omnisque boni datorem recumbere.* Potuit exultare in futura Messiae ἐνσαρκώσει, lætari in ejus justitia olim adducenda, dicitur etiam gavisus in die Christi Joh. VIII. 56.

§. LXIII.

*sed quo-
dam ama-
rore mix-
ta.*

Sed hæc omnia beneficia sub rebus corporalibus, rerum spiritualium ac coelestium typis, proposita, tanta non sunt, quin amarore quodam fuerint temperata sive Abraham, in quo ceu Patre omnes fideles fuisse censemur, α) spectaret modum quō Messias salutem esset paraturus, scilicet maledictam subeundo mortem, fundendo sanguinem, quod in ipsi præcepta Isaaci immolatione sine dubio εἰ πνεύματι οὐκ πρævidit, sive β) oculos mentis in auctores mortis semini promisso Messiae inferendæ, qui futuri erant ratione originis filii, ratione auctoritatis & munieris Patresfamilias architecti Ps. CXVIII. 22. de Abrahami pro-

prosapia externe gloriantes , converteret, quin oppido acerbissimus dolor in pectore Abrahamico fuerit excitatus aliter fieri non potuit. Sive γ) quod cogitatu facile est, mente sagaci Spiritus ingentes illas quibus filii sui secundum carnem propter horrendum illud in semine benedicto committendum parcidium & funestissimum scelus , afficiendi ac devovendi , imò in alteram quasi servitutem Ægyptiacam detрудendi, plagas intueretur, utique multum amor pientissimi patris fuit passus. Sive demum δ) varias temporum vicissitudines & periodos per quas Ecclesia demum consummanda, ut maneat immobilis, ad animum revocaret, non sine intima συμπαθείᾳ prævidit quasi per transennam multas easque gravissimas afflictiones quæ superandæ essent priùs quam posteri terra promissa ceu typo & pignore cœlestis hæreditatis potirentur. Maxime verò ε) si secum penderet vera & permanentia bona sub symbolis rerum terrenarum, in quibus, eventu id comprobante, ceu veris bonis Israelitæ plus justo confisi sunt, proponi, ac ante Christum, tanquam plenissimam salutis causam, consummatum & per resurrectionem & ascensionem triumphantem, Ecclesiæ statum non stabilem esse nec vera bona fideli⁹ conferri posse, quin hæc meditatio seruum dolorem ac vanitatis agnitionem tum ratione externæ gubernationis Ecclesiæ, tum verò etiam instabilitatis illius, quæ nullis certis adstricta sedibus peregrinabatur, imò insuper variis persecutionum fluctibus objicienda erat, operata fuerit, nequit dubitari. Quin simul quæ diximus atrà illa nocte, quæ Abrahamum dormientem occupavit & ut plurimum terruit, Gen. XV. 12. 13. 14. fuerint præ significata, extra omne dubium ponimus. CALVINUS eruditissimè ut solet inter alia quæ in hunc locum commentatur, ita ait, *Tria gradatim ponuntur, quod annis quadringtonitis vagari oporteat filios Abrahæ, antequam ad ipsos perveniat promissa hæritas : deinde quod servi futuri*

K

sint,

sint, tertio inhumaniter ac tyrannicè tractandi. Quare mira
fuit & singularis Abrahafides, dum in oraculo tam tristì acquievit,
ut Deum fore liberatorem statueret; postquam ad summum cumu-
lum progressæ essent miseria.

§. LXIV.

*Tempus à
promissione
Abrahamo
facta 430.
annorum
fuit qui-
dem luctu
osissimum,
sed mira
contigit ca-
tastrophe.*

Quum promissio fœderalis Abrahamo facta legem in
Sinai datam 430 annis antececesserit atque hoc tempus fuerit
luctuosissimum operæ pretium foret, quoniam modo DEUS
Ecclesiam suam medios inter idololatras, tot turbines &
calamitatum fluctus conservaverit, ostendere, ex eo enim
constaret, mutabilem non tantum fuisse statum Israelitarum,
sed etiam conditionem hostium *Ægyptiorum*. Misere vexa-
buntur Israelitæ, adeo ut omnem spem decollasse putarent.
En verò præter expectationem liberator adest manifestè
Deum fœderis sui ac promissorum Abraham, Isaaco & Jacobo
factorum non oblitum, sed ea impleturum declarans! jam
instare tempus quo promissiones Divinæ effectui dandæ
quum sit *תְּנַחֲמֵד אֶיךָ יְהוָה* *Ero qui ero Ex. III. 14.* qui totam
Ægyptum adeoque omnes illorum hostes veluti *turbine pro-
celloso* concussurus, illud regnum adeò floridum hinc elatum,
quod in comparatione cum populo Dei facta ingentis montis
& præruptarum petrarum speciem retulit, loco moturus &
perrupturus, omnem *Ægyptiorum* jactantiam in ludibrium
convertendo, brachiumque Pharaonis infringendo, quod
postea quum Pharao ejusque exercitus in aquis maris rubri
submersus fuit, accurate impletum. Ita qui populi Dei exci-
sionem moliuntur perduntur ipsi, quemadmodum *Ægyptii*
in aquis suffocati miserè perierunt. Mirabilis ibi accidebat
catastrophe: *Ægyptii* qui Ecclesiæ hostes in vaticinijs Pro-
phetarum figurant, non tantum triumphum ante victoriam
ebuccinaverant, sed & insolenter fastum suum & crudelita-
tem efflaverant: mox verò ab altera parte DEUS SOLO
FLATU terribilem illam audaciam discutit, hinc in *Canticis*
quod

*Israelita-
rum hostes
instar mon-
tis altissimi
à ventis de-
jecti.*

quod cecinit Moses & Israel refertur quidem hostis petulan-
tis insultus, sed simul producitur Deus, qui solo nutu & iræ
suæ signo hostes prostravit: *dixerat hostis, persequar, adpre-
hendam, dividam ipsilia &c.* Flavisti vento tuo, operuit eos mare,
demersi sunt quasi plumbum in aquis validis Ex. XV. 9. 10.
Sic Deus in perditione Ægyptiorum & signum suæ poten-
tiae & typum excisionis & interitus spiritualis Sodomæ &
Ægypti, ob quem Ecclesia ultimi temporis cantabit canticum
Mosis servi Dei & canticum agit Apoc. XV. 3. extare voluit.
Nunquam ergo fideles hostium minas ac furorem carent,
quum Deus nullis destituantur mediis ex maximis periculis
liberandi suos è contra verò hostes penitus è terra tollendi;
Prius quam DEUS semen suum perire concedat, universa
natura intercedet, quò persecutores deleantur; uti hic
venti aperuerunt viam in fundo maris; aquæ recesserunt
quo in medio maris velut in arido procedere possent Israeli-
tæ. Potius totum hoc universum nutabit, quam Divina pro-
missa implemento careant.

§. LXV.

Multo plura aliàs hoc pertinentia dicenda fuissent e. g.
de statu Ecclesiæ sub Adamo usque ad Noachum, sub Semo
ac Japheto, Abrahamo, Isaaco & Jacobo, adeoque de condi-
tione Ecclesiæ tum ante quam post diluviana in specialio-
ribus, quibusdam circumstantiis usque ad legislationem
in Sinai, (cujus initium Paulus quadragesitis & triginta „
annis legem datam antecepsisse memorat Gal. III. 17. „
Tanta verò inter chronologos qui variantibus calculis „
disputant, inveniendi verum, unde scilicet hi anni sint in „
choandi, difficultas est, ut à Magno SCALIGERO res „
inter ἄποικα fuerit reposita, solide tamen calculum duxit „
Frid. SPANHEMIUS in *Introd. Chronol. ad Hist. V. T.*
conf. WITSIUS *Oeconom. F. D. lib IV. cap. 3. §. 9.*)
debuissent dogmata illius ævi, quo verbum Dei ob pauca
præcepta, eo spectarent præcepta septem Noachidica vid.
GOODWINI *Mos. & Aaron l. 1. c. 3. de Proselytis* §. 5.
K. 2. in.

Quædam
aliquin
hoc perti-
nentia o-
mittuntur.

in quibus brevibus, quæ credenda & facienda absolvebantur, & frequentes Θεοφαρέας, & denique longævitatem patrum verbum Dei erat ἀγρεφόν, recenseri. Potuissent quædam de Sacramentis hujus Oeconomiae, multiplici imperfectione laborantibus, de sacrificiis, de bonis F. G. quorum tenuis portio tunc temporis fuit concessa, de fide, justificatione, sanctificatione &c. ex quibus omnibus sponte illius Oeconomiae mutabilitas ac inconstantia elucesceret, moneri. Potuisset hoc loco leviter saltem attingi non putandum esse, totam Ecclesiam intra parietes domum Patrum illorum.

*Plures, li-
set ad fa-
milias Pa-
trum non
pertinen-
tes, secun-
dum Deum
in fide am-
bularunt.*

Abrahami, Isaaci & Jacobi fuisse inclusam, vixit enim in illis seculis Job, cuius tot extant in sacris literis encomia. Deus Abimelechum, Regem Gerar alloquiò & monelâ dignatus est, dicens *Etiam ego novi, quod in integritate cordis fecisti hoc, & cobibui etiam ego te, ne peccares in me.* Gen. XX. 6. Plures sine dubio fuerunt secundum Deum in fide ambulantes & eadem in spiritualibus libertate gaudentes, quo ita quasi præluderetur Ecclesiæ aliquando ex Abrahami posteris & gentibus colligendæ. Verum dum memores sumus nos dissertationem scribere, & plura deducenda restent ad sequentia progredimur, quum ex haec tenus dictis verosimilium sit, Deum vento montes perfringente & perrumpente petras Oeconomiam sub promissione præfigurare voluisse, hæc enim vento similis fuit sive moraliter sive physicè consideretur.

*Modus le-
gem in Si-
nai pro-
mulgandi
fuit horri-
bilis, quia
lex ministe-
rium mor-*

§. LXVI.

Ipse postea legem in Sina promulgandi modus, ita monente mysteriorum à seculis absconditorum expositore Paulo ad Hebr. XII. 18. seq. cum horribilibus Divinæ præsentiae signis & terræ motu, mysticus fuit. *In genere* quidem ignis, turbo, caligo & procæla, tubæ sonitus eò faciebant, ut lex Dei in decalogo contenta cum omnibus comminationibus & promissionibus menti & memorie firmiter imprimetur,

at-

atque ità omnia præcepta sanctius observarentur *Ex. XX.*
19. 20. alioquin enim transgressoribus gravissima poena ut
 vivi vel absorberentur à terra, vel devorarentur ab igne,
 imminebat, Φοβερὸν τὸ Φαύλαζμενον Terribile fuit quod
 adparuit, sua enim natura fulgura, terra motus, tonitrua alia-
 que cœli phœnomena hominibus obnoxiam, quam humanis
 rebus saepius inferunt, sunt terribilia, longè itaque terribilia
 fuerunt hæc signa extraordinaria, quod non mirum, lex enim
mortis Rom. VIII. 2. ministerium mortis & condemnationis
2 Cor. III. 7. non poterat sine horrore vel adnuntiari vel
 percipi.

tis. Ista si-
 gna horro-
 replena, eo
 ut verbale-
 gis firmiter
 audienti-
 um cordi-
 bus impri-
 merentur,
 in genere
 faciebant.

§. LXVII.

Verum quod locum ex quo lex data fuit, spectat mon-
 tem scilicet *Sina*, illi opponitur Ecclesia N. T. tanquam *Sion*.
 Quemadmodum enim lex servitutis data est in monte *Sina*
Ex. XIX. & XX. ita gratia & Evangelium ex Sione *Ez. II. 3.*
Ex Sione prodiit doctrina & verbum Iehova Hierosolymis. Situs
 erat mons *Sina* in desertis Arabiae, loco sterili & inculto, pro-
 cul à Canaan, exadverso respondens monti *Sion*, culto ad-
 modum acjucundo *Pst. XLVIII. 3.* & in meditullio promissæ
 terræ sito unde exiit lex fidei: nam lex homini peccatori
 vitam dare, eumque vera sanctitatis feracem reddere & in-
 cœlestem patriam introducere non potest, Evangelio id
 competit, quod est potentia Dei ad salutem *Rom. I. 16.* *Sina*
 & *Sion* significare duo Testamenta *Vetus* generans in servitu-
 tem, *Novum* generans in libertatem verba Pauli innuunt.
Hec sunt duo illa pars: unum quidem quod est Agar ex monte
Sina, generans in servitatem. Istud enim Agar Sina mons in
Arabia: eadem autem serie respondet ei Hierosolyma, quæ nunc
est servitique cum liberis. Illa verò quæ sursum est Hierusalem,
libera est, quæ est mater omnium nostrum. Gal IV. 24, 25. Quod
 si igitur iste mons *Sina* Oeconomiam Mosaicam significavit
 optimo jure statim etiam illa quæ in hoc & circa hunc mon-
 tem contigere, quæ eum in finem sacræ paginæ tradunt,
 suis-

Locus ex
 quo lex da-
 ta *Sina*
 mons *Sion*
 i. e. Eccle-
 sia N. T.
 oppositus.

fuisse merè symbolica vel typica, quæ demum cum ipso quasi monte loco moveri & evanescere debuerunt,

§. LXVIII.

*Terra mo⁹
in legisla-
tione in-
gentis mu-
tationis
signum.*

Quemadmodum rō movere translationem unius rei ex hac vicinia in aliam denotat, ità figuratè accipitur pro quavis mutatione, quando ergò lex non solum cum sono, tenebris, igne, fulmine, sed & TERRÆ MOTU data fuit, eō ipso Deus Israëlitas condocefecit inauditam jam instare mutationem, siquidem Oeconomia sub promulgatione omnino erat abroganda & alia nova stabilienda. 1) Ratione cultus divini formæ antea incognitæ & certo cuidam loco adstricata, quem tabernaculum, arcam Fœderis, altare & quæ similia sunt, quæ ad hanc Oeconomiam umbratilem pertinuerunt, extruere juberentur; & 2) Nōvarum legum ceremoniarum à Mose conscribendarum in quibus perpetuum legis in Sinai promulgatæ μημόσυνον extaret. 3) Ratione novi regiminis politici per leges forenses, quæ quum Israëlite in formam Reipublicæ, in quam Deus summum jus sibi reservaverat, ut hinc etiam Θεοχατέας nomine condecorata fuerit, omnino erant necessaria. Mutatio 4) accidebat maximè quoad externum Ecclesiæ adspectum & conditionem, ea enim, antea quasi dispersa, erigebatur ex populo Dei in Canaane, terra Patribus promissa, adeò, ut qui ex hac gente οὐτὸς σάρκα non essent oriundi, inter Ἰουδαίους alienigenas ab omnibus privilegiis & bonis seclusos, numerarentur,

§. LXIX.

*Terra Ca-
nanæ re-
ipsa muta-
ta est ratio-
ne regimi-
nis politici
gentilis &
cultus.*

Re ipsa tunc terra fuit concussa i.e. mutata. Terra enim uti terrenorum hominum elegans emblema est, ità per eam significabatur status politicus regni Canaanæ sub gentilibus, illud regnum per regnum Israëlis funditus deleri debuit, quod factum per Josuam qui terram promissam inter Israëlitas distribuit. Antea erat terra idolorum, postea terra Israëlis Hos. IX. 3. Antea ibi nullus verus Dei cultus, nulla Eccle-

Ecclesia, postea verò facta est terra Immanuelis, ibi fundata Ecclesia. Hierofolymis extructum fuit *τὸν ἱερὸν templum ac palatium Dei*, ibi habitavit inter Cherubinos, ibi variis sacrificiorum generibus, lotionibus, diebus festis & canticis fuit cultus. Hoc cultu terra fuit sanctificata, quum antea ob idololatriam esset impura.

§. LXX.

Vehemens montis Sinai commotio καὶ θυέλλη mutabilitatis V. T. quum quæcumque per illud stabilita fuerunt, non in æternum manere, sed non minus aboliri debebant, quæ status sub promissione ante tempora Mosis, imò major futura mutatio, quam tempore Mosis, figuram habuit. Rectè igitur à mysteriorum divinorum interprete Paulo illa omnia dicuntur σαλενίμενα, quorum μετάγεσις ἀς πεπομένων, ἵνα μετὰ τὴν σαλενίμενα, transpositio tanquam factorum, ut manent ea, quæ non mutantur, expectanda erat. Hebr. XII. 27. Jure vocatur illa Oeconomia mons Sina palpabilis, quum ferè nihil habuerit quod non terrestre ac palpabile fuerit. Omnia ibi fuerunt σαρκα corporalia, exercitia carnalia, ή γαρ σωματικὴ γυμνασία πρὸς ἐλίγον ἐστὶν ὁ φέλιμος: nam corporalis exercitatio ad paucā utilis est. Timor. IV. 8. infirma mundi elementa, quæ tantum abest, ut veram requiem animis fidelium reconciliaverint, ut potius eorum mentes sèpius turbaverint.

§. LXXI.

Omnia quidem in legislatione ita erant comparata, ut absque horrore nec videri nec audiri quirent, at vero ignis reliqua signa gravitate superabat. Deus qui lumen habitat inaccessum i Tim. VI. 16. sèpius in igne adparuit, eo tum purissimam sanctitatem, tum infinitam suam potentiam cui non minus quam igni resisti non potest. vid. SUICERI Thesaurus Eccles. in voce πῦρ, manifestam faciens. Israëlitæ exterribilibus signis vocem Dei comitantibus præsertim ex IGNE facile

*Infelix
terre mo-
tus, quo-
cum lex in
Sinai data
est, ipsius
illius Oeco-
nomia qua-
rum stabi-
lita amo-
tionem si-
gnificavit.*

*Ignis quo-
cum legis
promulgati-
o in Sinai
conjunction
in genere si-
gnificavit
hoc fædus
non minus*

esse amabi-
le quam
metuendū.

facile colligere poterant DEUM severissimè in datæ legis transgressores animadversurum, eam ob causam Israëliticum populum imò ipsum Mosen, interioris tamen admissionis ministrum, expavisse Paulus auctor est Hebr. XII. 21. simul tamen per ignem Benignissimum Numen gratiæ suæ & auxilii, quò observantibus legem adsuturus atque eos veluti olim Eliæsum equis & curribus ignis circumdaturus 2 Reg. VI. 17. tesseram dedit. Certe Deus erat veluti murus igneus circa Israëlitas Zach. II. 5. quoties contra hostes eos defendit in maximisque periculis servavit incolumes. Deinde ignis tanquam elementum obvia quæque consumens non sine noxa tangitur, ita Deus per ardenter montem eventum hostilium moliminum, illorumque pœnam proponere voluit, hostes nimis frustra Israëliticum populum cœu $\pi\lambda\alpha\delta$ peculium suum Ex. XIX. 5. Pf. CXXXV. 4. adgressuros, quin imò ab hoc perdendos & consumendos, cuius promissio Lev. XXVI. 7. 8. extat: Persequemini inimicos vestros, cadentque coram vobis gladio. Persequentur quinque ex vobis centum, & centum ex vobis decem millia persequentur: & corruent inimici vestri coram vobis gladio. Quod si verò Israëlitæ contempto & deserto Dei feedere à vero cultu Dei & pietate ex professo defecerint, hostiles gladios in ipsosmet convertendos, & justos vindictæ suæ in impios & sceleratos apostatas executores fore, interminatur. Quum igitur subinde Israëlitas miserè vexatos fuisse & à suis hostibus crudeliter etiam oppressos legimus, illis cladibus patefacta fuit Dei veritas & quoties accessit Israëlitarum pertinacia, toties etiam crevit pœnarum atrocitas.

§. LXXII.

Gentiles
quædam ex
modo pro-
mulgandi
legem

Uti plurimæ gentilium fabulae ex Historia Mosaica per rumorem ad illos delata, ortæ sunt, quod vel ex unica illa Zoroastris cum Mose comparatione patet, quam similia omnia, quam paria ibi sunt! inquit HUIETIUS in præfatione Demonstrationi Evangelice præmissa, Parum discrepant patrum nomina;

statim

statim ab ortu risisse uterque dictus est; mundi principia quinque libris uterque tradidisse, idolorum cultum sustulisse; ad mortem à Rege esse quaestus; a Deo servatus, immensis in impium Regem venenatis culicibus, periculum fugâ evasisse; fluenta incolumis & secus transmisso; exul uterque fecessisse in montem; qui caelestibus ignibus ardere visus sit; illic Deum flammis obsitum oculis suis intueri non potuisse; legum prope earundem codicem à Deo accepisse; flamasque inde retulisse; mirifico quodam cibo in desertis pastus esse; ignis perpetui ritum sanxisse; ignota morte ex hominum oculis uterque evanuisse; ita adparitionem Dei in igne ordinaria sua καρκηλία imitati sunt hi idololatæ, quatenus non tantum Persa IGNEM tanquam Deum & Romani vestam, cui primitias obtulerunt, inde proverbium ἀφ' Ἐστις δεχόμενος, à Vesta incipiens, quæ etiam fuit ignis, adorarunt, sed insuper Jovem sua fœdera ad incutendum terorem & obedientiam fulmine sancivisse HOMERUS, ARISTOPHANES, Virgilius aliisque finixerunt. VIRGILIUS Æneid. lib. 12. versu 200. & 201.

*Audiat hec genitor, qui fœdera fulmine sancit:
Tango aras, mediosque igneis & numina testor.*

§. LXXXIII.

Nihil ferè sub Oeconomia umbratili invenitur, ex quo ejus mutabilitas non intelligatur, quam ob rem nomine generali τὰ σαλευόμενα in oppositione ad τὰ μὴ σαλευόμενα Hebr. XII. 26. insignitur, quod respexisse Haggaeus cap. II. 7. ab eodem Apostolo l. c. perhibetur; Adeoque in tam formidabili legis promulgatione & horrendis prodigiis ad quæ expavescere populum necesse fuit, maxime & Terra moru & igne speculum totius Oeconomia V. T. oculis Israëlitarum fuisse objectum patet tum α) ex natura legum ceremonialium, earumque effectis, tum β) ex modo F. G. sub V. T. administrandi externo.

L

§. LXXXIV.

*Speculum
mutabi-
litas V. T.
in Terra
moru &
igne fuit
objectum.*

§. LXXIV.

*Terra motus pro-
mulgatio-
nem legis
antecedens
tristes illos
motus in
cordibus
Israelita-
rum tum-
ob impoten-
tiam leges
tum infir-
mitatem
carnis ex-
ortos pra-
significa-
vit.*

*quod pro-
batur por-
rò ex legum
ceremonia-
lium argu-
mento in
specie.*

*Terra motus ante datam legem ideo procul omni dubio
præcessit, ut præceptorum toti cœtu Israelitico revelando-
rum esset prænuntius, illa nempe maximam partem suo
tempore mutanda fore, licet enim lex naturalis in Decalogo
esset contenta, tamen cœtera omnia statuta tanquam leges
in placitis abroganda erant, fructus eorum admodum amari,
convincebant scilicet Israelitas de legis impotentiâ, quum
nemini justitiam vitæ æternæ conferre posset, de infirmitate
carnis, reatu nondum extinto, ut suam ἀδυνατίαν perpetuo
confiterentur. Erant quidem coram facie Iehovæ tanquam
Dei sœderati, cui omnem obedientiam, amorem, integrum
legis observantiam stipulati, verum si secundum rigorem
justitiae suæ Deus cum illis agere voluisse, tantum abest,
ut jus vita æterna ex operibus legis potuisse adjudicare,
ut potius æterna damnatione secundum tenorem legis
maledictus omnis qui hac non fecerit &c., Dent. XXVII. 26.
reos declarasset, quæ etiam consideratio tantos conscientiæ
angores & ob peccatorum reatusque existentis exprobra-
tionem adflictæ mentis motus excitavit.*

§. LXXV.

*Quoniam a. Ipsis non tantum curæ cordique esse
debuit, ne contra legem naturalem, quam quilibet cum ti-
more observare tenebatur, peccarent, sed etiam timendum
ne adversus legem ceremonialem impingent. b. Non
licuit ipsis ea agere, quæ alias agere cum ratione fuisset liciti-
tum prohibebantur à multarum rerum usu, quibus fideles sub
N. T. μελά ἐνχρησίας, 1 Tim. IV. 3, fruuntur e.g. non
poterant comedere leporinam, suillam, anguillam, hierundinem,
ciconiam, aut carnem alterius sive aquatilis sive terrestris ani-
malis, quorum pene infinitus numerus, continuo audiebatur
vox legis hujus vel illius creaturæ usum interdicentis:
Μὴ ἄψι, μηδὲ γένος, μηδὲ θήρης Col. II. 21. conf. Lev.
XI. Non gestanda erat vestis duplicitis materiae ex lino &
lana*

lana, ager non conserendum diverso semine *Lev.* XIX. 19.
 Non jungendas bos asino in arando *Dest.* XXII. 10. Non
 plantandæ arbores nimirū proximitate. Et quæsi simodos
 varios, quibus ex improviso impuritatem attrahere sibi po-
 terant, si tangerent leprosum, ægrotum, mortuum, vermem
 vel aliam rem ex lege immundam, si, quæ res erant ob hu-
 manam infirmitatem ferè inevitabiles, profluviō, gonorrhœā,
 aut leprā laborassent, & quæ sexcenta erant alia lege Mosaica
 vetita, spectes, vel pedibus in nostram sententiam, nimis
 terræ motum in Sina, quem Deus secundâ quasi vice non
 sine prægnanti causa de qua infra *s.* LXXXIV. & seq. quæ
 dam monebimus, repetit, commodissimum emblema fuisse
 ad Oeconomiaæ legalis naturam explicandam, iubens certe
 ibis. Quod si porrò *c.* præcepta circa dies festos, sabbathā,
 novilunia, paschata, pentecosten, festum tabernaculorum,
 tubarum: Si varias lotiones, quæ sæpius, quod imperfectionis
 nota, reiterandæ, & innumera alia consideremus, hæc in-
 firma fuisse elementa, ipsa inconstantia inconstantiora, res
 ipsa clamitat. Quid *d.* per discri men personarum, quum
 Israelitis non nisi in atrium, sacerdotibus Sanctum, Pontifici
 M. non nisi semel in anno cum sanguine hirci ac juvenci
 ad expiandum totum Israeliticum coetum Sanctissimum.
Lev. XVI. ingredi liceret, denotatum fuisse credamus,
 quam omnimodum V. T. defectum. Quod si *e.* per
 effusionem sanguinis animalium sacrificiis destinatorum,
 quôd Israelitæ quotidie chirographum scribebant se nondum
 pro peccatis in sponsorē satisfecisse, adeoque reatum sibi
 adhuc incumbere, confiterentur, non potuit non hæc consi-
 deratio & confessio eos admodum terrere. Fieri non po-
 tut quin corda Israelitarum ob συνειδήσεων τῆς ἀπαγλίας
 non aliter ac si terra moveretur perturbata fuerint, in tanta
 quanta potuit esse maxima, inquietudine fluctuantia. Co-
 gitatu facile est, quam imperfecta non tantum fuerit justicia
 per sacrificia quotidie repetenda, & sanctitas ex lotionibus

sæpius reiterandis & non nisi immundiciem corporis ause-
rentibus, impetranda. Fixum itaque maneat, legem non solum
docendi causa esse possem, ut homines quod rectum esse, didicerint,
sequantur: sed ad ipsos coarguendos propriæ iniquitatis, ut se
perditos agnoscant: ac si interitum suum ex iusta Dei vindicta
in speculo cernerent. Verba sunt CALVINI Tom. I. p. m. 1174.
& seqq. de Uisu legis.

§. LXXVI.

*Admini-
stratio ex-
terna F. G.
sub V. T.
fuit terre-
stris, adeo-
que muta-
bilis, quod
nullo ele-
gantiori
emblemate
quam terra
motu potu-
it prefigu-
rari.*

Quod rationem F. G. sub V. T. administrandi con-
cernit, hæc fuit statui illius admodumata. Præter enim
externos illos ritus tot auctum fidei in Christum recum-
bentis symbola, templum, altaria, omniaque utensilia
χειροποίητα ἔγγαλα Hebr. IX. 24. quæ mutationi erant obnoxia
& ceu umbræ in adventu Jesu Christi tanquam veriantitypi,
τέλος γὰρ νόμος χριστὸς finis enim legis Christus est Rom. X. 4.
dissipandæ, externum etiam V. T. & terrenum potius
quām cœleste obtinuit regnum quod quidem *θεοπατεῖα*
REGNUM DEI, ut dicit JOSEPHUS, vocatur, sed mo-
bile & inconstans ob multas rationes, quare etiam opponitur
Regno Cœlorum N. T. Habuit quidem Deus Regnum
inde à primo Evangelio revelato sub promissione & V. T.
nam hujus symbolum postea erat terra Canaan vel Sanctum
Sanctorum, & quemadmodum lex ex Sione prodibat &
populus gubernabatur ex Sione, ita habebat Regni Cœlestis
figuram, interim si ejus Regni modum spectemus, erat
adhuc dum sub V. T. terrestris, populus enim erat carnalis,
cui sufficiebat esse lemen Abraham secundum carnem. Se-
cundo bona cœlestia adumbrabantur per bona terrena, hinc
etiam habebant legem carnalem. Tercio modus guber-
nandi etiam erat terrestris quum tot fuerint Principes, ho-
mines, *Διοὶ θεῶν* quidem nuncupati, sed ut reliqui mor-
tales, Dominatores, Legislatores, Patres, Judices, *ἐπίτροποι*
καὶ ἐπονέμοι, Tutores atque Curatores, παιδαγωγοὶ τοῖς

XLI-

Χριστὸς Gal. III. 24. & IV. 2. qui durare debuerunt, quamdiu servitus illa legalis ceu jugum δυσβάσαντον Aet. XV. 10. duravit, usque ad plenitudinem τῆς ἡμέρας τῆς διορθώσεως temporis emendationis Gal. IV. 4. Hebr. IX. 10. isti Principes τῶν αἰώνων τῶν τούτων debuerunt aboleri, 1 Cor. II. 16. fuerunt δηχαρτοὶ τῆς εποίησις potestates, quas Christus ceu vestimentum exuere & deponere debuit, adeoque Deus sub illo foedere per sic dictos Deos populum suum regens rationem habuit Register terrestris. Insuper separatio ab aliis populis tanquam Dei & Ecclesiae hostibus, à quorum communione per murum intergerinum legis Mosaicæ prohibebantur, indicium erat regnum Dei, quamdiu gentes foedere Dei exclusæ, terrestre & imperfectum esse. Et quamvis tandem electi ac veri fideles simul consequerentur bona coelestia per fidem operosam, nihil minus tamen externa illa administratio F. G. erat terrestris, cujus ratio, quoniam Messias tanquam ἀρχὴν τῆς σωτηρίας Princeps salutis nondum per passiones consummatus Hebr. II. 10. Meridiana igitur luce clarius est administrationem regniterrestris V. T. quod ceu regnum mobile opponitur regno ineoncuso N. T. nullo elegantiori emblemate quam terramotu, quo cum fundamenta Oeconomia legalis acta sunt, proponi potuisse.

§. LXXVII.

Quod si rem animo præjudiciis vacuo quis perpendat, etiam nobis non monentibus sponte fatebitur à tali regiminis forma non nisi tristes provenire debuisse effectus, quoties cunque enim prisci fideles promissam in Messia aduentu libertatem & præsentem illorum statum conferrent, rubore sanè ac mœrore suffundebantur, quod tam dura servitute pressi in ejusmodi regno egenis mundi elementis ac hominibus magè quam Deo servire cogerentur. Secundò Israelitæ à peccatis lege ceremoniali vetitis quidem abstinuerunt, sed formidine magis poenæ quam sincero amore DEI me-

Effectus re-
giminis
Ecclesiasti-
ci sub V. T.
fuerunt
tristes.

metuentes rigidos nimis censores legis, patres carnis, qui sine ullo moderamine poenas praescriptas exequerentur. Tertiò ut plurimum modus administrationis F. G. illius temporis impedimento fuit, quod minus legitimum sibi formarent Regni Cœlorum conceptum, in tanta personarum & tri-
buum, quum duæ solum ex duodecim una ad sceptrum, altera ad sacerdotium essent electæ, discrimine & regiminis austera-
ritate, quæ ex Hebr. X. 28. facile concluditur.

§. LXXVIII.

*In genere
Ignis in Si-
nai. justis-
sima pecca-
toribus im-
mittenda
panæ figu-
ra.*

Conveniens quoque emblemæ τ formale Oecono-
miae legalis exponendi *ignis* subministrat, in igne Deus Mosi
adparuit in rubo ardente & non combusto Ex. III. per ignem
Oeconomia hæc primordia cepit, hinc in eo singulare quidam
p. V. T. proprium observatur. Si omnes in se circum-
stantias proprius inspicimus, fatendum est Deum ob futuram
Messiac exhibitionem quasi non alio modo quam per *ignem*
ire signum praesentiam suam manifestare potuisse. Illa
enim portenta in Sinai publicationem legis concomitan-
tia potius iram quam amorem spirabant, conf. §. LXXI.
quum amor plurimo rigore esset mixtus, cuius Israelites
quotidie memoriam recoluerunt. Quemadmodum justissi-
sum Numen horrendas suas vindictas igne proponit
Ezech 1.4. 2 Sam. XXII. 9. 2 Theß 1.8. vocantur
 $\pi\upsilon\delta\zeta\lambda\sigma$ *ignis ardoris*, Hebr. X. 27. *excandescitia*: *ignis*
ardet in naso meo Deut. XXXII. 22. vocat Deus *iram suam*
 $\pi\pi\pi\pi\pi\pi$, πυρ $\zeta\lambda\sigma$ Zeph III. 8. igne consumpsit Sodomam
& Gomorrah Gen. XIX. igne gravissime punivit Ægyptios,
Ex. IX. 23. 24. ita eadem ob rationem lex dicta est *ignis*
Deut. XXXIII. 2. videlicet iram operans Rom. IV. 5. coll.
2 Cor. III. 7. quando inobedientes propter crimina contra
legem commissa poena igni in hac & futura vita subjecit;
Verum hæc generalia & aliquam partem jam supra no-
tata sunt.

§. LXXIX.

§. LXXIX.

Quamvis non negemus amoris divini scintillas quoque ex igne Schechinæ super propitiatorio ἐν αρχώσεως JESU Christi eximii typi, igne perpetuo in altari, luce septem lampadum lychnuchi aurei quadantenus emicuisse, tamen in eo perpetuum simul extitit memoriale i. Frustra divinæ faciei adspicuum exspectari quamdiu per Sponsorem οὐείτερον διαθήσεος ἔγγυον ἡγούμενον Hebr. VII. 22. postulatis legis dannantis nondum sit satisfactum, atque ita reatus ablatus. Hinc toties de Deo dicitur quod sit *ignis consumens*, אַכְלָה וְאַתָּה πῦρ παταναλίσκων reddidere LXX, Deut. IV. 24. IX. 3, Hebr. XII. ult. 2. Audiebant Israelitæ quotidie maledictionem in transgressores legis pronunciari: *maledictus qui non stabilierit verba hujus legis ea faciendo*. Deut. XXVII. 27. igitur meritò horribili legis voce percelebantur, qui ad ejus, *qua viribus erat destituta in carne Rom.* VIII. 3. obseruantiam fesojuramento obstrinxerant. 3. Uti in igne iræ & vindictæ Divinæ in omnes *leves & hypocritas exercendæ symbolum proponebatur*, ita quasi per ignem *ingrediebantur* Israelitæ Ps. LXVI. 12. quoties legum ceremonialium, *per quas nulla caro justificari potuit*, Gal. II. 16. & quæ erant statuta non bona, & *jura in quibus non viverent*, Ezech. XX. 25. recordarentur, timendum ipsis fuit, si vel minimam istarum legum fuissent transgressi, ne gravissimè punirentur & morte adficerentur immatura, tales timorem Judæis tribuit Paulus de iis dicens quod φόβῳ θανάτῳ διδοὺς παντὸς τῷ ζῆν εὐοχοὶ ήταν δελεῖας. Heb. II. 15. Per violationem legis reddebantur חִבֵּי כְּתֹת excisione digni. 4. Continuo corripiebantur timore dum metuere sibi deberent à dictis suis Diis, Patribus Carnis 1 Cor. VIII. 5. à Pædagogis legis vindicibus, qui severè admodum transgressores puniebant: *Si enim aliquis legem Mosis transgressus fuerit, sine misericordia ex duorum aut trium testimonio moritur.* Ista fuerunt tempora Dyst

*Quid in
specie ignis
in Sinai
prefigura-
verit,*

*indignationis Dan. VIII. 9. quam ob rem 5. minime mirum
priscos fideles sub lege adeo anxiè adventum Messiae הָשֵׁׁה &
מֶלֶךְ Principis pacis Gen. XLIX 10. & Jes. IX. 6. qui
illos ab intolerabili ceremoniarum jugo esset liberaturus,
votis ac verbis expertissime Ps. XIV. 7. Jes. LXIV. 1. 2. fla-
grantissimum hoc desiderium instar ignis in illorum medullis
fuit, quo quasi *renes consumebantur* Job. XIX. 27. ut de miser-
rimo statu sub potestate Satanæ tenebrarum principis Col. I. 13.
de morte temporali & exinde orta conscientiæ inquietudine,
quæ toties exagitati & in ea miras experti fuerunt commo-
tiones, nihil addamus.*

§. LXXX.

Funes illorum qui terra motu & igne pe-
rierunt, exitus do-
cuit non si-
ne gravi-
bus causis
legem cum
commoti-
one & igne
datam.

Quum res adversæ & justa Dei iudicia igni comparen-
tur, non sine gravissimis rationibus legem mediante *terra
commotione* & *igne* fuisse datam maximè funestissimus illorum
exitus docuit, de quorum sceleribus Deus poenas adeo me-
morabiles in maledictionis exemplar sumpsit, ita *Core*, *Da-*
tham, & *Abiram*, *Num.* XVI. quum stultâ vanitate & deli-
berata improbitate ad sacram suffitum, qui terrorem injicere
poterat, præsertim quum jam memorabile documentum in-
Nadab & *Abihu* editum tuisset *Lev.* X. adolendum abi-
perentur, cum omnibus, quotquot ad eos pertinebant, &
viventes à terra deglutiiti in infernum descenderunt, & igne
consumpti sunt ducenti illi & quinquaginta viri offerentes
suffitum. Non sine terra motu perierunt illi factiosi, forsitan
etiam non sine fulmine & tonitu repente excitato; quod se
manifestior exereret, Divina potentia. Ignis à *Jehova* e-
gressus illustres habuit notas, scilicet non naturalibus esse
accensum nec fortuito, sed Divinitus esse emissum permira-
culum, eodem fere modo quo ignis in visione *Eliæ* derepente
fuit excitatus. Ita variis signis lex data, varia poena in trans-
gressores statuta, singulis rependitur merces pro iniquitatibus
& scelerum mensura, uti in impia illa ac rebelli *Core* &c.
turba videre est. Horribilis istiusmodi poena ejusque
diver-

diversitas ad majorem & Divinæ potentiae in populo movendam admirationem & terrorem incutendum valuit, valuit inquam ad seriam in Israelitarum mentibus memoriam conservandam Deum in promissis non tantum sed etiam in pœnis, quas impiis interminatus est, veracem, constantem ac justum esse scelerum ultorem, à cuius vindicta peccator ubique terrarum degat, immunis esse nequit, quemadmodum hujus rei apud ipsas profanas gentes egregia reperiuntur monumenta, perquam enim eleganter apud EURIPIDEM in Phrixo dictum est:

*"Οστις δὲ Θυητῶν, ὄνται καθ' ἡμέραν,
κακόν τι πράσσων, τὰς Θεὺς λεληθέντας,
δοκεῖ πονηρά, καὶ δοκῶν ἀλίσκεται.
ὅταν σχολὴν ἀγχοσα τυγχάνῃ δικῆ.*

*Mortalium quicunque quotidie malum
Agens, fore ut lateat Deos existimat,
Isimprobè sentire deprehenditur,
Quando otium fuerit Dei iustitia.*

vid. SEXTI Empirici Opera cum notis Celeb. Job. Alb. FRICII, qui Vir πολυμαθέσατ^ό omnes, quos unquam habuit Græcia thesauros felicissime reclusit, pag. 275. & 278. Ita nec in terra, hæc enim quando Deo fuerit visum os suum ad perdendum & absorbendum aperit, nec in ipso cœlo, utpote ex quo ignis delabitur ad illos, qui כוֹת בְּכִי excisionem meriti, devorandum, tutus peccatori conceditur portus.

§. LXXXI.

Levia tamen sunt, quæ secundum literam quibusdam legis Divinæ contemptoribus contigisse narrantur, si cum iis quæ tota gens judaica divinæ legis pertæsa ac oblita, perpeccata demum fuit, conseruantur. Quām miserè ab hostibus

M

fue-

*Israelite à
verbo Dei
recedentes
hostium fu-
rori per-*

mittuntur
secundum
Mosis ac
Prophetar-
um vari-
cina, que
adimpleta
perversos
populi mo-
res suppo-
nunt.

fuerint Israelitæ adficti, quis fando enarrabit, quis varios fortunæ casus, tot rerum discrimina, omnes illas vicissitudines quas inde ab introductione in terram Canaan subierunt, recensabit? Prædixerat olim qui triflia Judæorum fata & prævidit & clare satis usque ad Reipublicæ παναλεγέχω delineavit Moses, si Israelitæ à verbo Dei recessuri sint, illos omnes, qui ipsi molefti atque infesti fuerint, justos vindictæ Divinæ executores fore Lev. XXVI. 25. seq. Sicut Deus passim apud Prophetas adfirmat, se hostium populi esse Ducem, acsibi militare tam Ἀσσύrios quam Chaldeos. Es. VII. 17. 19. X. 5. XVIII. 2. Ἀσσύrium suam securim & alibi baculum furoris sui, quem agitet manus suā, vocat. Nebucadnezzarem verò stipendiariū suū militem. Ἀgyptios prædicti se evocaturum sibi, Chaldeos se excitaturum clangore tubæ. Ex quibus omnibus tanta severitate in Judæis adimpletiis vaticiniis colligere licet, quam perversi fuerint populi mores & quam corruptus Dei cultus. conf. Jud. II. 14. accensa est ira Dei in Israelem, ut traderet eos in manum diripientium.

§. LXXXII.

Facies Rei-
publicæ Ju-
daicæ fuit
corruptissi-
ma & ferre
igneæ
a) ob idolo-
latriam.

Immane dictu est, ad quantas corruptelas, inde ab initio Israelitæ prolapsi, & in quo profundο vaſtoque idolatriæ, quo nullum crimen turpius, gurgite, de quo Prophetarum populum judaicum ob belluinum hunc stuporem acriter redarguentium, scripta restantur, fuerint demersi, scoriati sunt, prout Deus fideli servo suo Moysi Deut. XXXI. 16, seq. id indicaverat, sequendo Deos alienigenarum, illius terra, in quam venerunt, dereliquerunt Deum, irritumque fecerunt fædus Dei, quod pepigerat cum illis. Nulla vel species falsi numinis unquam fuit, quā populus judaicus, ad omnem idolatriam proclivis, sese non, inauditō plane modo, contaminaverit vid. Ezech. XX. 20, 21, coluerant Baalem, portarunt tabernaculum Melachi Amos V. 26. Chiun & Remphan Ador. VII. 42, 43, accesserunt ad Baal Pehor & separarunt sese ad pudendum Hos. IX. 10. adorarunt Asthoræth idolum Sidoriorum

niorum 1 Reg. XI. 5. 2 Reg. XXIII. 13. & Philistæorum i Sam. XXXI. 10. vid. GOODWINI Moses & Aaron lib. 4. de idolatria cum notis celeb. Job. Henr. HOTTINGERI Viri in Antiquitatibus judaicis versatissimi. Uno verbo, coluerunt totum exercitum cœli terraque more gentilium, qui non attendentes ad opera, non agnoverunt artificem: 'Αλλ' οὐ πῦρ οὐ πνεῦμα, οὐ ταχὺς αέρα, οὐ μίκλος ἀέρων, οὐ Βίανος θύωρη, οὐ Φωτῆς φλεγόν, πρωτάνεις κύριος Θεὸς εὑρίσκειν. Sed aut IGNEM aut VENTUM, aut CITUM AEREM, aut orbem stellarum, aut violentam aquam, aut luminaria cœli Deos rectores mundi esse putarunt. Sap. XIII. 1. 2. Quod si Judæorum idolatrarum in idolorum cultu zelum quo quasi ceu igne inflammabantur, spectemus, vel Eliæ ævum, vel conditionem Abraha inter ignicolas Chaldeos habitantis, in quam relapsi sunt Judæi ad animum nobis possimus revocare. Vesanus verò hic in falsorum numinum cultu furor nil aliud, quum ignis alienus, offerentes consumens fuit, quod eventu postea ritè comprobatum est, adeo ut nullis amplius opus sit verbis.

§. LXXXIII.

Ab eo tempore quo Herodum gens, origine Idumea B.) ob
ex Esavi posteris vid. LIGTHFOOT. pag. 298. Vol. I. cui
hæc dignitas ab Antonio vid. JOSEPHUS XV. 4. collata est,
rei Judaicæ præfuit, tunc exiit ignis ex cynosbato (rhamno) &
consumpsit cedros libani Jud. IX. 15. Respublica Judaica
sensim ad occasum vergere incepit, quando Romanis tributa-
ria atque subjecta in provinciam mutata est. Amissa liber-
tas patriæ, cuius Judæi admodum tenaces erant lethale illis
vulnus infixit, quanta enim confusio in regimine Israelitico
abhinc fuerit orta, quanta turbæ, tumultus ac motus, fuerint
excitati ex Historia Evangelica aliquam partem constat.
Dissidebant inter se primores Judæorum ratione cultus &
expositionis legis Mosaicæ, variae inter illos erant sectæ,
quarum antiquissima Phariseorum, qui sua glossemata
alii vitia
maxime
in religio-
ne.

M 2 us.

usque à Moïse continuatâ serie dimanasse prætendebant, insignem sanctitatis simulationem prodebant, Sadduceos ut Hæreticos præse contemnebant, omnem populum despiciebant: *turba*, dicebant, *qua non novit legem maledicta est* Job. VII. 49. ostentatione magna sanctitatis utebantur hi hypocritæ, cœci Doctores de Cathedra Mosis gloriantes, quorum ingenium vivis coloribus depinxit *Eruditissimus LIGTHFOOTUS* I. volum. pag. 320. seqq. & 521. seqq. ubi septem Pharisæorum genera ex *Talmude* aliorumque Judæorum auctoribus recensentur. Si quædam ex supra §. XXVIII. dictis porrò huc referre velimus, ultima Judæismi tempora jure igni comparari possunt α) propter doctrinam falsam, dum iterum a) per traditiones humanas, irritum factum fuit verbum Dei, quod Judæis ceu custodibus traditum ac creditum Rom. III. 2. Matth. XV. 9 b) dum plurimi justitiam in externis exercitiis & legis operibus collocarent, omittentes maxima in lege, τὴν προσνοὴν τὸν ἔλεον καὶ τὴν πίστιν, *judicium*, & misericordiam & fidem. Matth. XXIII. 23. β) Accensi erant Judæi igne fœdorum affectuum, æmulationis &c. πεπληρωμένοι πάσῃ αἰδίνῃ, πονεῖσθαι, πονηγία, πλεονεξία, πανία, μεσὸς Φθόνος, Φόνος, ἐρίδος, δόλος, παχοθεῖα &c. Repleri omni injustitia, scortatione, exquisita improbitate, avaritia, malitia: plenè invidia, cædere, contentione, dolo, malignitatē morum. Rom. I. 29. Quæ virtus simul ac lupercilium maximè Pharisæorum summus Doctor veritatis ὡς ἐξοικασθεὶς acriter saepius taxavit vid. Matth. XXIII. Præprimis γ.) intestina illa bella & dissidia quibus Respublica Judaica horrendum in modum fuit concussa, & quæ Deus ceu futura eversionis prænuntios immisit, instantem excisionem & rejectionem rebellis hujus populi indicabant: nam πᾶσα Βασιλεία ἐφ ἑαυτὴν διαμερισθεῖσα ἐργαζεται, unum quodque regnum adversus se disfidens valetatur, & dominus adversus seipsum disfidens cadit.

Luc.

Luc. XI. 17. Itaque Reipublicæ hujus facies velut *igneæ ac rubicunda* nobis obverfatur, *sive* gravissima facinora, quibus fœfe polluerunt Judæi, *sive* injuriam, quam alter alteri inferebat, *sive* innocentis Prophetarum Dei *sanguinis effusionem*, ob quam illorum *manus cædibus plena* dicuntur *Ez. I. 15. conf. Matth. XXIII. 34. 35. 36. 37.* *Sive* corruptum cultum *sive* denique horrenda supplicia, quibus rebellæ sæpius à Romanis puniti sunt, sic Pilatus sanguinem facinorosorum quorundam *Galileorum*, cum pecudum languine, quas ritu Judaico immolabant, miscuerat *Luc. XIII. 1.* infelix quoque fuit existens *Thendam magi & impostoris, & Iude Galilæi*, qui popularia docentes, non oportere populum Deo dicatum tributa pendere Cæsaribus idololatris, bonam plebis partem ad se attraxerunt, cum omnibus quotquot illis adhæserant, imperfecti sunt *Aet. V. 36. 37.* spectemus. Quantorum malorum auctores zelotæ fuerint, dictu impossibile est. *¶ Quum igne lingua maledicæ emblema proponi supra monterimus, nullum pestilentius hominis membrum mala lingua esse vel ex contactu Pharisæorum in innocentissimum nostrum Jesum, (christioribus quasi quam Elias olim ejus præcursor, fatus implicitum) quem ceu *Samaritanum*, qui *demonium haberet, vinipotorem, amicum publicanorum calumniati sunt, emissis, evidens est. Sacerdotum labia scientiam & legem observare debebant, Mal. II. 7.** horum verò labia non igne Sancti Spiritus, sed igne gehennæ inflammata, non erant hi angeli Jehovæ, verum & rectum adnuntiantes, sed satellites Diaboli omnium mendaciorum Patris. *Job. VIII. 40.* quorum amentia & furor eò usque progressus est, ut Christum tanquam falsum Prophetam & seductorem populi crucis patibulo adfigendum curaverint, ac mundi Salvatorem, in cruce mundi peccata expiatum secundum *Deni. XXXII. 15.* vili-penderint. Nefandum scelus, cuius pœnam hi tenebrarum filii in æternis infernalibus flammis dabunt!

§. LXXXIV.

*Terre motu
Oeconomia
legalis est
stabilita
terre motu
iterum ab-
rogata.*

Concutebatur terra quando nova lex inscripta tabulis lapideis, in Sinai prodita est, terra motu rursus finienda & abroganda. Magna quidem videbatur illa mutatio, sed futura adhuc major, veteris enim Testamenti conditio non minus fuit mutabilis quam status Ecclesiae sub Promissione ante Mosis tempora, quod perspicue indicatum, per *Haggaem cap. II. 6.* Sic ait *Jehova exercitum,* שָׁעַר מִזְרָחֵךְ מִזְרָחֵךְ שְׂמֹנֶה־מֵאוֹת לXX. Interp. ἐτί ἀπαξέγενε στέρω τὸν οὐρανὸν &c. Adhuc semel parum illud est: tum ego commoturus sum cœlos & terram & mare & siccum. In legislatione, quum novum foedus panderetur, terra dicitur mota, nunc autem moveri ipsum οὐρανὸν cœlum. Sub. N. T. auspicia signa longe notabiliora secundum servatoris nostri vaticinium *Luc. XXI. 25.* In Sole & Luna & stellis & in terra erat anxietas gentium in consilio inopia resonante mari & solo, acciderunt, ad quæ HAGGÆUS procul omni dubio respexit. Prodigia quidem maxima in cœlo, terra, mari & siccō Christo nascente, vivente & moriente facta sunt, de quibus videatur POLI *Synops. Crit.* ad HAGG. II. 7. quò & pertineret TERRÆ MOTUS, quocum resurrectio JESU Christi fuit conjuncta, qui, loquor cum *Clar. WITSIO Exercit.* XIX. in *Symb. Apost.* §. XXII. declarat instabilium rerum utpote fastigiari non amotionem, ut maneat quæ sunt stabilia *Hebr. XI. 27.* Quum enim moriente Christo velum ruptum, & inimicitia in carne ipsius abolita *Eph. II. 15.* deletoque in cruce Chirographo *Col. II. 14.* resurgent veluti apoha à patre data sit: consequens fuit, ut ea quæ ad tempus διορθώσεως instituta erant quererentur, locum factura perpetuis ac stabilibus. Quod symbolice isto hoc terra motu significatum est.

§. LXXXV.

*Terre mo-
tus in*

Quassa fuit terra in Christi morte, quassa in ejus resurrectione, prior concussio denotavit a terra detestari abo-

abominandum scelus in creatore commissum, & quum Iudæorum corda ad compassionem non flecterentur, hic ipse TERRÆ MOTUS ostendit rerum naturam Christo quasi συμπάσχειν VÖSSIUS Harm. Evang. lib. 2. cap. II. b) Conqueri voluit terra de inutilibus quibus onusta esset ponderibus Iudæi scilicet, quasi postulans ut vivi, ut olim Core Darham & Abiram absorberentur. Et licet Iudæi à terra non fuerint deglutiiti, tamen hæc concussio docuit terram mox incolas suos evomituram fore Lev. XVIII. 25, 28. Ita c) Prophetissam egit, quæ vastationem terra Canaan denunciavit terram fructuosa hanc in salpugino saepe vertendam propter malitiam habitantium in ea. Ps. CXXII. 34. Deut. XXIX. 32. Posterior significavit i. foedus Dei in Christo esse confirmatum, & id ipsum quod Iudæi omnibus viribus impedire conati sint conversionem scilicet gentium, Evangelii adnuntiationem in toto terrarum orbe, certo futurum, adeoque 2. Christo qui tanquam primogenitus in mundum introducebatur Hebr. I. 6. omnia nunc subiecta, omnia facta nova, omnia post adductam æternam justitiam & præstita quæ lex mortis efflagitabat, fore stabilia nullis interturbanda seculis.

§. LXXXVI.

Ita præterire debuit gubernatio Ecclesiæ V. T. non sine horrendis signis, qua horrendos habuerunt effectus. Motus à Christo prædicti Luc. XXI. 25. accuratè evenerunt, possemus & illos physice interpretari, obscuratus enim sol est in celo tempore passionis Dominicæ, contigerunt & alia portenta, quibus tamen certis prodigijs & futuram solitudinem pronunciantibus neque attendebant (Iudæi, fallacibus, Deumque calumniantibus Prophetis creduli,) animo, neque credebant: sed velut attoniti, nec aut oculos habentes, aut animas editæ Dei disimulavere: modo cum supra civitatem sidus stetit simile gladio & per annum perseveravit, cometes modo cum ante defctionem primique belli motus ad diem festum azymorum populo conveniente (octauus autem dies erat Aprilis mensis) nona hora

Christi
morte & re-
surrectione
præsignifi-
cativus
fuit.

In destru-
ktione Rei-
publicæ ju-
daica &
ante illam
extraordi-
narri con-
tigere
motus, qui
à Christo
prædicti,

hora nocturna, circum aram itemque templum tantum lumen effusit, ut clarissimus dies putaretur: & hoc usque ad medianam permanxit horam: quod imperitis quidem bonum augurium esse videbatur: sacrorum vero peritis, prius quam eveniret, statim dijudicatum est. Eodemque festo die etiam bos, cum ad hostiam duceretur, agnum in medio fani peperit. Orientalis autem porta interioris templi, cum esset area arque gravissima, & sub vesperam vix à viginti viris clauderetur, serisque ferro vinclis obseraretur, pessulosoque alto habebat in faxeum limen demissos, uno perpetuo lapide fabricatum, visa est noctis hora sexta sponte patescere. &c. JOSEPHUS de B. J. lib. 7. cap. 12. Quæ & similia portenta & prodigia judæos ad seriam pœnitentiam invitare debuerunt, in quem finem etiam sunt præmissa veluti præcones pœnitentiæ extraordinarii, Deus enim neminem punit nisi prius terruerit & pericula imminentia denuntiaverit. Illa prodigia à Servatore prædicto mysticè potius intelligenda sunt, siquidem secundum vaticinum Joëlis II. 32. Sol mutatus fuit in tenebras quando densissimis tenebris & summa corruptione in doctrina ac vita Judaismus circumfusus consiperetur, illi enim, qui faciem alias Ecclesiæ præferre debebant, ipsi clavem cognitionis amiserant cœci duces Luc. XI. 52. Matth. XV. 14. & XXIII. 16. Luna conversa fuit in sanguinem per cœdes mutuas à zelotis sapientis excitatas, hi enim omne malitia facinus amulati sunt, nullo inamulatio, quod ante commissum memoria tradidit, pratermissio: quamvis nomen sibi ex bonorum amulatione imposuerint: qui eos quos laderent, propter effram sui naturam cavillando falliebant, qui malorum, que maxima essent, bona duebant. Itaque debitum vita finem invenire, meritata illis omnibus pena Dei voluntate decreta JOSEPHUS de B. J. l. 7. c. 28. sic in initio libri VI. refert: ή κατὰ τὴ δῆμος τῶν ζηλωτῶν ἐπίγεσις, κατηρέει αἰλάσσως τῇ πόλει quod zelotarum in populum dominatio auctor fuerit excidit civitatis. Ita Politia judaica tot cœdibus cruentata ignem refulit colore. §. LXXXIII. stellæ deciderunt de caelo, quando Sacerdotes,

Docto-

Doctores legis, Synedrii M. membra rudes & indocti erant, qui omne luce penitus privati sunt ob traditionem Christi Iesu in maledictam mortem crucis, tum enim secundum prophetiam *Jeremia XV. 9.* *Sol* in meridie, vel dum adhuc esset fuiurus dies occidit. *Mare* astuavit, quando Romani veluti aqua maris vento vehementissimo agitatæ terram iudaicam inundaverunt, quum Judei Romanis per Pompejum tributarii facti, per Augustum in provinciæ formam redacti, per Procuratores variè exagitati, & demum quasi funditus deleti sunt. Quos fluctus, eorumque sonitus & diu antea præviderant & audiverant, quod crucifixio Servatoris, quem ob metum Romanorum *Joh. XI. 48* tradiderunt, manifestum facit. Concussæ sunt duvæus tævæ spayæ vires cœlorum, quando non tantum lex ceremonialis & cathedra Mosis tanquam cœli iudaici virtus abrogata & eversa, sed etiam amoto à Iuda sceptro regimini Politico Israelis finis impositus est. Et quis fando unquam enarrabit anxietatem & perplexitatem gentium in terra? quandoquidem Evangelii prædicatione totus orbis fuit commotus. Instantis mutationis signa conspiciebantur & inter gentes subito oraculorum silentio, idolorum de cœlo, arcæ fœderis in regna gentilium deportata, percussione, quæ olim in *dejectione Dagonis 1 Sam. V. 3 4.* præfigurata fuit.

*Instantis
mutationis
signa genti-
bus patefa-
ctæ.*

§. LXXXVII.

Quod quidem signa à Prophetarum maximo Iesu Christo prædicta attinet, non ignoro illa simul secundum Interpretum sententiam tanquam seculorum consummationem antecedentia conf. *Matth. XXIV. 3. seq.* explicari, si vero verba *Luce* cum iis que *Matthæus* habet, conferamus, evidens est, hic non signa tantum seculorum finem, sed etiam Hierosolymæ destructionem præcedentia describi, siquidem ipsa Hierosolymæ vastatio & consummatio Ecclesiæ V. T. typus fuit consummationis mundi & Ecclesiæ sub N. T. Illa iudicia in Judæos exercita sub nomine aduentus Christi

N

*Quamvis
signa à
Christo
prædicta
pertineant
ad finem
seculorum,
attamen
Christus
tunc adve-
nisse jure*

Matth.

dici potest,
quum V. T.
abolevit &
regnum in-
ter gentes
erexit.

Matth. XXVI. 64. proponuntur, tunc enim Christus advenit, quando cœlum V. T. concusit, & omnia quasi nubibus & te-nebris involvit, quo ipso se tanquam supremum Judicem, πατρὸν τοῦ ἔθνους & glorificatum Dei filium adseruit, cui facile esset terram de loco movere ac regni sui pomœria ad gentes usque pretendere. Et sanè fortior fœse in Evangelii prædi-catione vis exeruit, quam olim in vento petras perrumpente & montes subvertente, illâ enim corda gentilium obfirmatoria & quibusvis petris duriora quasi perrupta fuere, ut ita Divinæ potentiaæ, quâ ex lapidibus Abraham filios excitare poterat, *Matth. III. 9.* magnitudo agnosceretur & celebraretur. Adnuntiatio Evangelii inter gentes signum erat adventus Domini, qui rejectis Judæis carnalibus, gentes quoque in communionem F. G. receperit. Igitur quæ olim Eliæ Iesu Christi prænuntio in monte demonstrata, in Sinai i. e. Eccle-sia V. T. pariente ad servitutem impleta sunt.

§. LXXXVIII.

Expecta-tur insignis commoio-
qua sedes antichri-stiana dejiciatur &
gentes qui-
bus habet-e-
nus via sa-lutis nondūt
innonuit,
in Eccle-siam intro-
ducantur.

Nostrum h. I. non est pluribus, quod usque signa in de-structione Ecclesiastici & Politici regiminis V. T. facta per-tingant, examinare. Interea tamen minimè dubitamus quædam adhuc esse expectanda ante ultimum Jesu Christi adventum, id enim apertissimè innuit Paulus *Hebr. XII. 26.* in allegatione *Hagg. II. 7.* adhuc semel ἤσθι ἄπολες ἐγώ σείω & μόνον τὴν γῆν ἀλλὰ καὶ τὸν οὐρανὸν ego concuīam non so-lum calum sed etiam terram. Totum hoc universum quasi commovebitur, quando Sol ille spurius antichristus ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενον θεῖν ἢ σιθαρμα, *2 Thess. II. 4.* Soli justitiæ Jesu Christo oppositus involvetur tenebris, i. e. fraudibus ejus & dolis reiectis omni splendore privabitur, ut omnes hunc falsum prophetam agnoscere possint. Deinde Luna mutabitur in sanguinem, quando regnum antichristi tyrannie occupatum & stabilitum ad formam regiminis Politici administratum, vel bellis intestinis, cædibus, rapinis devastabitur, *Apoc. VI. 15. IX. 8. XVIII. 19. vel* quando

quando Reges & Principes qui lumen suum ab illo sole spu-
rio mutuati erant *Dan. XI. 39.* errores falsi Prophetæ agno-
scunt, & eum derelinquent. Porro stella de cœlo decident, illi
qui in dignitate Ecclesiastica constituti veluti sidera cœli
spuri ad paruerant, abnegato cultu & coetu antichristiano
omnem lucem à Christo accipient. *Mare astuabit quando*
regna gentilium idololatrarum, in quibus ceu infidelium
colluvio & elemento semini verbi Divini recipiendo &
fructibus producendis haud apto, nulli fructus fi-
dei, & relipiscentiae creverant, gloriam suam Regno
Christi inferent & quasi auxiliatorias manus ad me-
tricem illam magnam deturbandam & thronum ejus ever-
*tendum, ut ita suffocetur *Draco maris Es. XXVII. 1.* porrigent.*
*tum implebitur vaticinium *Apoc. XVII. 15. 16.* Aqua quas vidisti,*
ubi sedet meretrix, populi sunt & turba & gentes & lingue. Et
decem cornua qua vidisti in bestia, hi odio prosequentur meretricem
& desertam reddent illam & nudam, & carnes ejus edent & ipsam
igne exurent. Praecedet sonitus veluti fluctuum maris, quem
excipiet antichristi lapsus & dejectio illius cathedralæ, hunc
rursus insequetur gentium propter hæc signa attonitarum
ænigmæ. HAGGÆUS l. c. mentionem facit commotionis
sicci, per סְבָבָה Siccum intelligere videtur Propheta, ita
*Celeb. BRAUNIUS ad *Hebr. XII. 26.* commentatur, non*
imperium Romanum florens & potens, ipsam scilicet Romam &
Italiam; sed & omnia Regna & Republicas, quas variis bellis vasta-
vit, & in formam provinciarum redigit. Præterea reliqua regna
gentilium, imperio Romano nondum subiecta; sed ipsi quasi
ignota, quemadmodum deserta & vastitates, cultioribus populis
ignota esse solent. Tales fuerunt tunc nonnulla loca hactenus in
Europa, præsertim per totam Asiam, ultra Gangem; fere tota
Africa, integræ America; Omnis India Orientalis & Occidentalis,
omnesque Insulae & terra incognite sub uroque Polo. Omnes istæ
vastitates, per prædicationem Evangelii etiam mota sunt,
ut nostris temporib' in plurib' locis Christus prædicaretur, præsertim
per Anglos & Hollandos; sed & planè concusiente voce Christi

mutabuntur & ad Christum se convertent, etiam populi haec tenus obstinatissimi ultimo Ecclesia fato, quando plenitudo gentium intrabit Rom. XI. 25, quando audietur vox septima tuba: Regna mundi sunt Domini nostri & Christi ejus Apocal. XI. 13. 14. 15, instat ergo universalis commotio, qua remotissimae gentes, quibus haec tenus Evangelium nondum innotuit, excitentur ut in Christo salutem querant atque ita ad externam Ecclesiam communionem accedant.

§. LXXXIX.

Ignis initium Oeconomia legalis igne etiam periret, ita finis principio congruere plerumque solet. Populus judaicus eleganter sub emblemate montis ardenti proponitur, igneum quoque retulit colorem, quum sub Omnipotentis protectione tutus omnia hostium tela ignita avertere facile posset, quamdiu enim purior & doctrina sine additamentis Patrum & vita idololatria non contaminata apud illum floreret, quamdiu Israelitae majori zelo pro gloria Dei flagrantes secundum præcepta Dei foederati incederent, hostibus erant terror circumquaque, quod non minus per montem ardente quam columnam nubis & ignis per quam nocte & interdiu in deserto dusti, præfiguratum est: Simulatque verò à foedere Dei recesserunt, igne ipsi sunt consumpti. Quemadmodum igitur Ecclesia Judaica primò adparuit tanquam mons ardens, ita & censatis interierit in mare imperii Romani conjecta. Apoc. VIII. 8. Quod Judæi Romanos invitatos ad Hierosolymorum & totius Judææ excidium coegerint, discimus ex JOSEPHO de B. J. lib. 6. c. II. Denique civitatem ipsi revertere, & Romanos invitatos haec tristem admittere victoriam coegerè: tardiusque venientem in templum ignem pene traxere. Et in Prologo de B. J. dicit. Quod domesticis dissensionibus est eversa & in templum sacrosanctum invictas Romanorum manus atque ignem Judeorum tyranni traxere testis est, qui eam vastavit, ipse Cesar TITUS per omne bellum miseratus quidem populum, quod à seditionis custodioreetur: sepe autem consulto differri passus civitatis excidium, protracto ob-

Judei Romanos invitatos ad summum excidium coegerere.

obsidionis spatio; dummodo belli paeniteret autores. Tandem verò Titus decrevit Hierosolymam, ipsumque templum, quod Dei sententia jamdudum igne damnaverat, oppugnare. Tito tamen invito templum incensum est eō die quo prius à Rege Babyloniorum fuerat concrematum, sicut is decimus Augusti anni à Christo nato septuagesimi tertii, verba JOSEPHI de templi incendio inter alia ita se habent: *Milium quidam non expectato cuiusdam editio, neque tantum facinus veritus, sed Divino quadam motus impetu, à contubernali suo sustollitur, & ex ardente materia raptum ignem in fenestram inserit auream, unde ad membrum circum templum edificata de septentrionali regione aditus erat. Flamma verò excitata Iudaorum quidem calamitate dignus clamor exoritur, & ad subveniendum properatio, neque jam vite parcerendum rati, neque viribus temperandum, anviso eō cuius gratia cautissimi videbantur: & paulo post: Templum quidem hoc modo invito Tito exuritur: mirabitur autem quis in eo etiam circumacti temporis rationem & fidem. Nam & mensem ut dictum est, enique diem servavit, quo primum à Babylonis templum erat incensum. Et à prima quidem constructione templi, quam Salomon Rex inchoaverat, usque ad hoc excidium, quod evenit secundo anno Principis Vespasiani, mille centum triginta colliguntur anni, & septem menses, ac dies quindecim. A posteriore verò, quam secundo anno Cyri Aggaus fecerat, usque ad excidium quod Vespasiano imperante sustinuit civitas, anni sexcenti triginta novem, & dies quadraginta quinque, cap. sequenti: Flamma incendi templi tanta erat, ut pro altitudine collis, ardentisque operis magnitudine totam quis ardere crederet civitatem. NAM COLLEM QUIDEM IN QUO TEMPLUM ERAT EXURI RADICITUS QUIS PUTARET, ITA UNDIQUE FLAMMIS PLENUM: Videbatur autem sanguis igne largior esse, pluresque interfectoribus interfetti: omnisque terra cadaveribus tegebatur, & supra corpora mortuorum gradientes milites cursum fugientium sequabantur. Si tot nobis essent ora, quot oculi argo, impossibile*

*Templum
incendi-
tur, JOSE-
PHUS de
B. J. lib. 7.
cap. 10.*

bile tamen narratu foret in quantis calamitatibus Judæi fuerint constituti, quantas clades perpessi, & quanta factæ strages, omnes has miserias *αδιγύητα τὰ μάθη* inenarrabiles clades vocat qui de iis fusius egit auctor toties citatus & in hisce omni exceptione major, ex quo hocce tantum adponimus, quod ἐδὲν δε μέρος ἦν τῆς ιεραίας, ὃ μὴ τῇ προσανεχόσῃ πόλει συναπώλλυται, nulla pars fuerit Judæa, qua non una cum Hierosolymis, præcellentissimacivitate interiret. Tunc verè intremuit tota terra, fundamenta montium concussa sunt in ira Jehovæ, ad perdendum impios ex terra præstantissima, quam inhabitandam dederat, & quæ omnis generis vitiis erat repleta, tantum enim abest, ut quædam pietatis pars fuerit conservata, ut potius summa iniquititia ac malitia regnaverit. Ideo cuncta quæ natura hominis ferre potest supplicia quæ variis peremti cruciatibus pertulere, in eos ad extremum vitæ terminum congesta sunt, qui protervè in Deum & sanctissimum ejus fœdus peccarunt; meritò Judaicæ gentis universitas, tota criminibus ac perfidie suæ immerſa justas scelerum poenas dedit, & quâ tandem dignataantis sceleribus poena affici poterat? Fortasse quis dixerit minora eos, quam commiserere, fuisse perpessos. conf. MATTHIAS in Theatro Hist. de Tito Vespasiano. Ita implementum consequebatur quod prædixerat servator Matth. XXIII. 38. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta, XXIV. 1. de templi destructione vaticinans: Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non dissolvatur: conf. Luk. XIX. 41, nam postea urbs Hierosolyma à Tito eversa & solo adaequata est. EUSEBIUS scribit quod terræ ejus aratri dissulcata, ne lapis super lapidem relinquetur, sicut Christus Servator illis prædixerat. Verba BULLINGERI in fin. Epit. Temp. & Rerum &c. de Hierosolymorum gentisque Judaicæ excidio h. l. mea facere liceat, dum autem considero cedes funestissimas, incendiaque & horribiles hujus perinacis expugnationis labores, occurrit mibi illud. *Æneæ apud MARONEM:*

Quis

Cum tem-
plo tota Ju-
daa aperit,

*Quis cladem illius noctis, quis funera fando
Explicer? aut posit lachrymis aquare labores?
Urbs antiqua ruit, multos dominata per annos, &c.*

Ad hunc verò modum clarissima urbi Orientis, ut PLINIUS ait, Hierosolyma interit, atque gens infelix Judaica horreundis modis est excisa. Ita Hierosolyma mœnibus & fortissimorum virorum præsidii firmae atque munita, ut inexpugnabilis videretur humana arte & Marte: Nam quatuor muris erat circumdata, & turribus 80 firmissimis communica, quibus confidentes Iudei Romanis gloriösè insultabant, seque intra viginti annorum spatiū ipsi non dedituros presumebant: quin imò arroganter & præsumtuosè dicebant: si vel pennas volatiles haberent, muros tamen suos ipsos non transvolaturos vid. MATTHIAE Theat. Histor. de Tito Vespasiano, funditus deleta est, cuius & totius Iudeæ eversionem insequebatur dispersio judæorum in universum terrarum orbem, hi enim spectaculum in hodiernum usque diem facti sunt omni carni in signum severitatis iustitiae Divinæ, quâ contemptores foederis & legum Dei acerrime puniuntur. Rectissime judicavit BULLINGERUS l. c. in Hierosolymorum interitu universo mundo exemplum templerum esse propositum: In horrendo & lugubri hoc spectaculo, dicit, illud in primis censeo esse spectandum, Deum veracem & justum patere universo mundo, quam odi et hominum rebellionem, eorum maxime, quorum salui ille consulens, praecones salutis mittit, quos isti tamen aspernantur, respiciunt ac persequuntur &c. Quis igitur amplius quum extrema primis adeò congruant, ambigeret istiusmodi stupendis prodigiis, igne nimirum, fulgere, tonitru, terra motu quoæ non in legis promulgatione tantum prima, sed secunda vice in θεοφανείᾳ in illo ipso Sinai monte Elia facta eyenerunt, prælusum fuisse Oeconomia legalis conditioni in genere & fini ejus in specie, ex omnibus circumstantiis aliter judicare non licet.

§. XC.

*Calamita-
tes cum
quibus Ju-
dæi ultimo
tempore
conflictati,
omnes mi-
serias, quas
unquam ob
peccata su-
stinuerunt,
gravitate
super-
bant.*

Uti olim in visione Vati nostro exhibita *ventum con-
cussio, concussionem ignis* fuit infuscatus atque ista tria se mutuo
gravitate superarunt, plus quippe horroris est in terra motu,
quam in vento, & in igne quam in concusione, eodem mo-
do se res habuit cum V. T. in cuius initio horror Israëlitis
incutiebatur *tum ob horribilem Jehovæ in Sinai monte præ-
sentiam, tum legis ceremonialis intolerabile jugum, iste ter-
ror augebatur*, quando postea, quoties in Deum peccassent
variis poenis vel fame, vel peste, vel bello, ex quibus malis in-
terdum optio dabatur 2 Sam. XXIV. 12, adflicti sunt. Ul-
timo verò tempore non certò quodam suppliciorum vel mi-
seriarum genere, ut antea, sed cum omnibus maximisque
calamitatibus conflictabantur scilicet fame, peste & bello uti
venustè & eleganter CLEMENS Alexandrinus inquit, *quod
Deus interdum homines castiget quinque, sex vel septem literis:*
per quas intelligit tres illas grandes & epidemicas calamitates
quæ sunt λύρις, λογις ηγη πλευρα. De tribus hisce malis,
intestinis civium factionibus, è quibus cædes, bonorum di-
reptiones & innumerabiles miserias ortæ, immani fame, &
hanc infusa horribili peste, quæ præprimis in urbe Hiero-
solyma tempore obsidionis sæviebant, videatur JOSEPHUS
ut de Judæorum captivitate & dispersione in omnes gentes,
qua nulla unquam severior poena in illos sævit, nihil huc
adferamus. Ita ultima conditio priore pejor effecta est, quò
enim proprius Oeconomiaæ veteris finis instaret, eò vehe-
mentius quasi judicia Divina ingravescebant, ut indicaretur
externam illam regiminis tum Ecclesiastici tum Politici for-
mam planè abolendam esse, *quod enim antiquatur ac senescit,*
prope est ut evaneat Hebr. VIII. 13. Deinde ista signa se
mutuo gravitate superantia præludia fuisse videntur, omni-
um generum poenarum quibus illi afficiendi, qui beneficia
gratiae in Christo oblata responderent, clarior enim N. T. reve-
ratio & uberiora N. T. bona, graviorem simul infidelibus

&

& irregenitis pœnam denuntiant Hebr. X. 26, 27, 28. in q. c. I.
conf. BRAUNIUS in *Comment.* Denique quò propior
Messie adventus, eò etiam intensius desiderium illius in fide-
libus excitabatur & accendebatur Ps. XIV. ult. Et. LXIV. I. 2.

§. XCII.

Quod si ex iis, quæ hucusque in medium protuli, judi-
cium sit ferendum, nemo cui de meliori luto præcordia facta,
inficias ibit per terramotum & ignem tempora Judaismi, præ-
primis illius ultima fata, designari. Impræsentiarum qui-
dem prolixius de variis V. T. defectibus ac imperfectionibus,
ob quas Deus ibi non fuisse sanò sensu, quum maximè tempo-
ralia bona Israëlitis collata, nondum ante ultima tempora ipsis
collata fuerunt vera & permanentia bona, ipsaque salus, non fuit
ipsi reip. patefacta, inquit Celeb. noster Interpres COCCEJUS
ad ultima Mosis §. 886. cui ob hæc & similia sinistrè intel-
lecta, dicam scribere non veretur *Dolitissimus* alias *WITSIUS*
in *Oecon. Fæd.* I. 4. c. 12. §. 5. &c. dici utique potest, dis-
serere non vacat, nam V. T. *Oeconomiam* tantum *umbram*
futurorum non vera & permanentia bona habuisse, ipse qui
summum in celo tertio cognitionis apicem consecutus est,
veterum mysteriorum explicator *Paulus Hebr. X. 1.* scribere
haud dubitavit. Non simpliciter & præcisè prisca *Oecono-*
miae fidelibus negatur, quod nobis hodie tribuitur, sed *majoris*
& *minoris*, ut loquuntur, *fit comparatio*, quia illi parvas tantum
vivæ lucis scintillas habebant, cujus plenus hodie fulgor nos
illuminat. Simili ergo prorsus modo quo *Deus in commotione*
& *igne non fuisse* perhibetur, *non fuit* sub *Oeconomia* legali,
sive modum regiminis Ecclesiastici, sive Politici, utrumque
ultimo tempore corruptissimum *Mich. VII. Jer. IV.*
spectemus. Merito Deus, in regno & Ecclesia Israelitica
præter nomen ultimis saltē temporibus ferè nihil habente,
non fuisse fertur, quod abunde immania populi crimina ob
quæ miserrimè perit à *Tito Vespasiano* id ipsum occasione
coronarum triumphalium sibi in transitu ab *Ægyptis*

O

obla-

*Ulti Deus
in concus-
sione &
igne non
fuisse fer-
tur, si a con-
similiter sa-
nò sensu sub
V. T. non
fuisse dici
potest' ma-
xime ulti-
mo tempe-
re.*

oblatarum agnoscētē: *Ego hoc non feci sed Deo irato populum suum ob peccata castigare volenti manus meas accommodavi, pessundatus, docent. Judæos abhinc auxilio Numinis & vero cultu privandos vox in templo ante excidium Hierosolymitanum auditā: Mēlaθaiyāwēv ēvſeūðey h. c. migremus abhinc, subindicavit.*

§. XCII.

Ità verò hæc excipi nolumus ac si veri fideles prorsus defecerint, nam quemadmodum tempore Eliae supererant 7000. millia eorum, qui genua Baali non incurvaverant, eodem modo se habuit conditio Ecclesiæ illius temporis articulō, quo verus Eliae antitypus Jesus Christus in carne visus, hæc quoad externum adspicuum quasi invisibilis, quum tota Judæa, *tum* quoad literam *tum* mysticè esset *instar deserti*, Jehova sibi tamen quosdam integros scelerumque puros medios veluti inter ignicolas ut Abrahamum in Ur Chaldaeorum, medios inter Baalitas ut Eliam, medias inter flamas uti Sadrach, Meshach & Abed-Nego *Dan. III. 12.* servavit, quæ clariora quam ut ulteriori demonstratione & exemplorum syrmate indigeant.

§. XCIII.

Post transitionem Jehovæ cujus *signum* ceu singularis benevolentia & Divini favoris signum Moses olim viderat, Vates noster *flamme lenis aura* recreabatur. Transibat quidem Filius Dei ante faciem Patris sed tanquam Sponsor adhuc per passiones consummandus, relictis post se excedentia signis, qua demum veluti nocturnæ tenebrae per surgentis aurora jubar dispelluntur, in adventu Christi discussa fuerunt. Quantum igitur discriben inter transitum & perpetuam mansionem vel inhabitationem, tantum inter V. & N. T. ut non immerito transitui adsimiletur, quod demonstratu facile nisi praesentis dissertationis limites plus justo exceedere vererer. Post transitum JEHOVÆ sc. Sponsoris terra fuit concussa, quoniam Regnum DEI tunc tem-

Quemadmodum sibi Deus olim plures ab impietate liberos servaverat, ita & fuit illius temporis quo Eliae verus antitypus in carne visus, conditio.

Ire signa in adventu Christi cessant, Christus non amplius regnum mobile sed immobile consecutus est.

temporis mobile, R. vero C. quod Christus adeptus, inconcussum est, earum mutationum, quas illud subiit, respectu, non amplius transit. Quia vero Regnum Cœlorum gratiam sine signis iræ offert illiusque perpetuitatem obsignat, ideo comparandum *leni aura*.

§. XCIV.

Quoniam Χρόνος ἀνάλωμα πολυτελέστατον atque ne minima quidem difficultatis specie adserendum nostrum Novi scilicet Testamenti Oeconomiam per πρὸ πατέρα ὁν vocem tenuis silentii adumbratam fuisse laborat; brevibus quæ dicenda superfunt recensemus, nam ut fusi omnia exequamur ex gr. *demissam & vivam* vocem initii regenerationis & illuminationis, utramque insequitur vividus divinæ gratiæ sensus, applicari posse, instituti nostri ratio & studium brevitatis haud sinunt. Antequam νῦκτα τοῦτο Dominus justitia nostræ coram facie Patris constitueret & patiendo æternam justitiam adduxisset, non poterat fidelium gaudium verum esse ac solidum; Illud Evangelium ἐξοχως vocandum quod veram in passionibus & morte Christi factam expiationem, peccatorum deletionem, justitiæ æternæ adductionem, scissionem & abolitionem chirographi imò æternam λύγεων adnuntiat. Hæc omnia impetrata tum quum Christus in monte illo τῆλε coram Patris facie sese stitisset ad offerendum spontaneum & verum pro peccatis mundi sacrificium, cuius valore non amplius transgressiones imputarentur. Quum Elias consideret ante faciem Dei montes perruptos esse, perfractas petras, terram concussam excitasse ignem novimus; quum Christus εὐ κορώνις τόπῳ coram facie Patris passus tota natura in συμπλεγαι flexa, adeo ut quum homines ἀπεθεῖs silerent, lapides (Judeus Pilatus ejusque uxor & centurio de innocentia Servatoris testati sunt) loquerentur. Christus verus Elias antitypus priusquam patiendo omnia quæ Prophetæ antea nunciaverant, consummaret, rite exploratus est

O 2

pri-

Verum E-
vangelium
post factam
per mortem
Christi pec-
catorum
expiatio-
nem nun-
tiatur.
Christus
coram fa-
cie Patris
constitut
ē κορώνις
τόπῳ.
Ob paſſio-
nem Ser-
vatoris too-
ta natura
movetur.
Antequam
Christus
pateretur
prius ex-
ploratus
est.

primo statim ministerii sui anno per 40. dies ac noctes à Sathanā tentatus , de quo tamen postea egregium egit triumphum, multo Eliā, quem persecutionum metus vehementer perculit ut fugam capesseret & demum sese occultaret, in quo satis suam infirmitatem prodidit. constantior, excellentior multo Christus qui in certamine suo cum diabolō se Deum fortē, sponserem *αριανού* demonstravit, &demum τελευθερία εγένετο τοῖς ὑπακόσιον ἀνθρώποις σωτηρίας ειδων Hebr. V. 9. qui fundamenta Ecclesiae suæ ita posuit ut porta inferiorum eam superare nequeant. Matth. XVI. 18. In monte olim maledictio in legis transgressores pronuntiata, in monte omnis maledictio ablata, ut benedictio posset viva Evangelii voce inter gentes publicari.

§. XCV.

*Tempus ad-
ventus Je-
su Christi
in carne
suavi auræ
& demissa
voce simile.*

Quum Deus olim ex monte locutus ad populum Israëliticum hic verba Dei licet fœderati ob horrenda illa signa cum quibus lex data fuit , audire recusabat Ex. XIX. 20. Christus vero in plenitudine temporis à Patre missus suavioribus labiis usus est , non clamavit , non extulit , non fecit audire foris vocem suam Ies. XLII. 2. ea similis exitit auræ leni, non multum strepitum facienti, sed vento suaviter recreanti , omnia quæ operatus est arcanâ & invisibili Spiritus S. virtute perfecit , cuius regnum non erat de hoc mundo. Tempus quod Christus verus Elijah adparuit optimè per suavem auram & demissam vocem præfiguratum fuit non solum respectu modi quo veniebat, illorum ad quos veniebat, sed & finis ob quem carnem adsumserat. Non veniebat in turbine impetuoso, in fragore omnia concutiente, aut in igne subito devastante, sed in voce placida, i. e. in Spiritu mansuetudinis, in contemptibili forma servi pauper & ab omni mundi splendore alienus , nihilo tamen secius efficacissime operabatur, omnia ejus dicta & facta *θεία* spirabant, elucebat mira majestatis plena se efficaciter mentibus audi-

auditorum insinuans suavitas ex verbis, potentia ex miraculis, quæ vis in miraculis manifestata admirabilior quam si montes subvertisset &c. ad sanandos enim homines ab utero cœcos, clados, surdos, ad ejicienda dæmonia, suscitandos mortuos majus requiritur robur quam montes de loco movendos & perrumpendas petras. Ad quos Christus veniebat pauperes erant & a mundo contempti peccatores & publicani, κοπιῶντες καὶ πεφροτισμένοι *Matth. XI. 28.* quorum animabus veram requiem attulit, ii enim erant, ad quos salvandos ceu oves domus Israelis desperitas è cælo descendebat: *Filius hominis non venit ut perderet animas hominum, sed ut servaret. Luc. IX. 56.* Hic ipse loquens Καταβητὴ *Jes.* LII. 6. postquam Deus olim πολυμεῖδης καὶ πολυζόπως Evangelium, quō nihil jucundius atque præstantius excogitari potest, nuntiavit: olim quidem etiam evangelizatum, sed ista adnuntiatio fuit futura gratia πρεεναγγελισμος *Gal. III. 8.* Hæc autem gratia presentis prædicatio erat Evangelium, ἐξόχως. Non potuit jucundissimum esse omnibus veris Israëlitis Jesum in protevangelio promissum, tot typis adumbratum, tot votis expeditum, tot seculis expectatum in carne videre præsentem eaque audire & videre qua multi Prophetae & justi & reges desideraverant. *Matth. XIII. 17. Luc. X. 24.*

§. XCVI.

Christus omnia in sinu Patris visa, quæ πρὸς ζῶντας καὶ εὐερεῖας necessaria, veram rationem quomodo peccator per cultum rationalem in spiritu & veritate *Joh. III. 23.* ad gloriam Dei cum propria salute pervenire possit, exposuit, adeoque se demonstravit tanquam viam veritatem & vitam, per quem solum ad Patrem accessus datur *Joh. XIV. 6.* Quæ olim obscura ænigmatisè sub tot typis, umbris, figuris, proposita sine ulla ambiguitate per Evangelium revelavit, velamen legis Israëlitis oppansum removit, adeò ut clariorem mysteriorum fidei cognitionem obtineant fideles, quibus

Via salutis
clare à
Christo ex-
posita,

Chri-

XII. DISSERT. THEOL. DE ADPA.

Christus factus SAPIENTIA 1 Cor. I. 30. *Velut in speculo omnes reiecta facie gloriam Domini intuentes in eandem imaginem transformamur ex gloria in gloriam sicut à Domino Spiritu*
2 Cor. III. 18.

§. XCVII.

Christus
veram ju-
stitiam ad-
duxit.

In toto quidem N. S. omnes sapientiae Dei in Christo multiformis thesauri recluduntur, resplescunt in hoc opere impervestigabiles Divinae patientiae, bonitatis ac misericordiae opes, maximum tamen omnium beneficiorum justitia perfecta, quam Christus morte sua adduxit, ea instar limpidissimi fontis & scaturiginis aquarum vivarum est, ex quo sufficiens solamen in fideles defluit: *vi hujus justitiae absolutum à reatu & jus ad vitam æternam consequimur: peccata non amplius imputantur illis qui in Christo sunt, illorum plena ἀφεσις facta est: siquidem Christus perfectissimè legem servavit factus sub legem Gal. IV. 4. non exprobrantur per effusionem sanguinis brutorum sæpius repetendam, illam enim potestatem lex per Christi mortem amisit, huic satisfactum, Deus nobis reconciliatus, Christus sanguine suo semel in sanctuarium coeleste illato plenisime satisfecit εὐωνίαν λύτρωσιν ἐργάζεται* Hebr. IX. 12. Christum veram justitiam passionibus & morte sua impetrasse ostensum fuit, quando Deus Filium justificavit & absolvit à reatu, resuscitando illum ex mortuis. Hinc omnes qui per fidem Christum recipiunt & sic actu in ipso existunt vividum justitiae Christi per fidem sibi imputata sensum deprehendunt, experiuntur pacem conscientiae consummatæ, quæ effectus justitiae est, opus justitia tranquillitas & securitas usque in secundum. Ef. XXXII 17. Pacem habent fideles cum Deo per ἐπερώμα τῆς ἀγαθῆς οὐειδότεος 1 Pet. III. 21. Quum Christus se obinuit conscientias fidelium purificavit ab operibus mortuis & mediator factus est N. T. ut nobis adquireret redemptionem a lapsibus prioris testamenti Heb. IX. 14. 15. Ita Christus factus nobis JUSTITIA.

§. XCVIII.

RITIONE DEI SYMBOLICA. III

§. XCVIII.

Præter egregios νιοθεῖας παρ' ησίας &c. justitiæ Christi fructus veram nobis sanctitatem Christus sanguinis sui effusione impetravit, in hoc enim fons apertus est pro peccato & immundicie Zach. XIII. 1. In lotionibus, adspersionibus & baptizandi ritibus V. T. quotquot fuerunt unquam, frustra collocabatur vera puritas, aqua corporis non verò animæ sordes abstergit, ratio gentes docuit aquam animæ impuritatem auferre non posse quare OVID. Fast. l. 2. distich. 23. illorum qui nimia credulitate decepti quod aquæ scelera abluerent, crediderunt, vanitatem falsè risit

Ah nimium faciles, qui tristia crimina cadis

Fluminæ tolli posse putatis aquâ!

Christus solus est nos sanctificans Epb. V. 26. 27. uti enim per illius justitiam à reatu, sic à peccati dominio per SANCTIFICATIONEM liberamur.

§. XCIX.

Quemadmodum in Christo vera salus, actualis sc. liberatio ab omni incumbente maledictione ejusque horrendis signis exhibita, ita immunes jam sumus à legibus & præceptis in placitis, circa res natura sua indifferentes quarum vel usus vel abstinentia olim Israëlitis interdicta erant, libertas hodie obtinet, manumissi sumus à servitute elementorum mundi à legibus Israëlitarum forensibus, Judæis qua talibus, quibus ab aliis gentibus distinguenterunt, latet, haec in adventu Christi sunt aboliti LIGHTFOOTUS Miscell. cap. 59. eleganter quidem ait: *Lex ceremonialis*, quæ ad solos judæos pertinuit, data fuit Moysi privatim in tabernaculo Lev. I. 1. & simul cum tabernaculo concidit; quando aulaeum fui disruptum. *Lex moralis* spectat totum mundum; & in mundi totius conspectu fuit edita, in montis videlicet cacumine: & perdurre debuit quamduo mons ullus loco suo staret. *Lex judicialis* quæ magis indifferens est, stareque aut cadere potest &c. Sed hac licet egregie dicta sint, non tamen omnes leges

Liberavit
fideles à
maledictio-
ne & legi-
bus in pla-
citis.

cere-

ceremoniales Moysi in tabernaculo datas evincunt, illa enim quæ Ex. XIX. usque ad finem hujus libri recensentur, huic sententiae admodum repugnant. Id interea indubitate veritas est nos à lege condemnante ejusque potestate quæ instar vinculi erat quo V. T. fideles constringebantur, esse liberos, non amplius sumus ὑπὸ νόμου ἀλλὰ ὑπὸ χάριτος Rom. VI. 15.

§. C.

Prerogativa Novi Testamenti præ veteri ex modo administrandi Regnum Dei clarè satis cognoscitur.

Gentes pertinenter ad populum Dei quoniam lex Mosaica eis paries intergerinus per mortem Christi abrogata.

Præminentia N. T. præ lege ex eo porrò elucescit, quum suavior multo modus F. G. administrandi, postquam enim Christus resuscitatus ex mortuis & collocatus ad dextram Patris in cœlis ὑπερέσων πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας καὶ δυνάμεως καὶ κυριότητος, καὶ πάντος ἀνθρακοῦ ἐνομαζούνται μόνον εἰ τῷ αἰώνι τάπτω ἀλλὰ καὶ εἰ τῷ μέλλοντι Eph. I. 21. Imperium humanum sic dictorum *Deturum, Scribarum ac Phariseorum in cathedra Mosis sedentium*, circa cultum Divinum & actus religiosos qua tales non amplius valer. Novum Testamentum καὶ ὑπερβολὴν θεοκratice REGNUM DEI est: Rex noster Christus qui per passiones consummatus thronum suum in cœlo collocavit & ad Dextram Patris condidit usque dum omnes hostes ponantur scabellum pedum ipsius. Subditi hujus Regni sunt Judæi & gentes nullo amplius discrimine τῆς περιτοπῆς καὶ ἀνεργούσιας habito, quod Christus saepius prædixerat tanquam Princeps pacis Jes. IX. 6. cui hereditas gentium promissa Ps. II. 8. & morte suâ, quâ medius inter cœlum & terram suspenitus τὸ μεσόποτον τοῦ Φεργυμένου dissolvit siquidem velum templi scissum, ut Judæi pariter ac gentes accedere possent, εν γαρ χριστῷ Ιησού στεφανομένῳ ισχύει, γε τε εκποθυσίᾳ ἀλλὰ καὶ οὐσίᾳ Gal. VI. 15. deleta est, quæ in carne, inimicitia: hi subditi sunt ex Deo nati, quorum nomina scripta in cœlis, qui signum Dei in frontibus gerunt. Hujus regni bona sunt cœlestia absque bonorum terrenorum arrha, hinc fideles non quæ ἐπὶ τῆς γῆς

γῆς, ἀλλὰ τὰ ἄτα Col. III. 2. quārere jubentur. Leges, quibus reguntur fideles cœlestes sunt, ut Dei voluntatem faciamus in terra uti in cœlo sit, præcipientes. Denique quum totus Ecclesiam gubernandi modus, nempe per verbum & Spiritum merè cœlestis sit, hujus regni subditi συμπολῖται τῶν ἀγίων καὶ σκεποὶ τῆς Θεᾶς sanctorum consives & domesti ci Dei Eph. II. 19. ἀνακρατοῦνται τὰ πάντα εἰν τῷ χριστῷ τάτε εἰν τοῖς ἐργαῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. I. 10. conf. §. LXXVI. audiunt. Quæ natura hujus regni quum per Evangelium plenus manifestetur nomine ἐναγγελίας τῆς βασιλείας EVANGELII REGNI insignitur.

Matth. IV. 23.

§. CI.

Postquam Christus morte sua ceremoniarum choragio finem imposuisset, non amplius fideles χαροποιήσω ἀγίω adstringendi erant. Tristissimum olim fuit quum non omnes Israëlitæ eodem jure templum, Sanctum & Sanctissimum in-grediendi gauderent, & sèpius ob impuritatem legalem omni accessu destituerentur, gentes vero prorsus ab alienata ἐλπίδᾳ μὴ χορτεῖσθαι ἀρισταρχοῦ ἐν τῷ πόστυ Eph. II. 12. Christus ideo ius nobis adquisivit quo singuli in ipso haberemus παρρησίαν καὶ τὴν προσαγωγὴν εἰν πεποιθέσι διὰ τῆς πίστεως εὐτῷ Eph. III. 12. Quicunque Deum timent ex quavis gente & justitia & operam dant Deo accepti sunt Act. X. 35. ubique locorum manus puras ad Deum levare possumus χωρὶς ἔργης καὶ διαλογισμοῦ 1 Tim. II. 8. eique sine dierum selectu per cultum rationalem nos tradentes ἀξίως περιπλῆσσοι τῆς κλήσεως οὐκ εὐλόγημεν Eph. IV. 1. Templum N.T. gloriosius multo nunc est præ veteri scil. vel ipse Christus, in quo Deus veram habet συνήσθειν, siquidem in eo habitat plenitudo Dei σωματικῶς Job. I. 14. vel ipsi fideles 1 Cor. III. 16. 17. Domus Dei spiritualis ex lapidibus vivis 1 Pet. II. 5. Sacerdotium regale,

P

Cultus N.

T. ab omnibus sine discrimine ubique locorum & omnitemporre exercentur. Ex quo præstantia N T. cognoscitur.

Re-

Reges & Sacerdotes Apoc. I. 6. Sacrificia spiritualia dum sistunt corpora sua θυσίαν ἀγίαν, ἐνάργεσον τῷ Θεῷ τὴν λογικὴν λατρείαν. Rom. XII. 1. offerentes: ad hanc felicitatem respiciens Psaltes cecinit Ps. LXXXIII. 28. Bonum, propinquum esse Deo.

§. CII.

Mors fidelium N. T. non amplius consideratur cetera pena, Fidelium N. T. libertas & prærogativa fere ad ipsam mortem exténdunt, cessat ejus timor, manumissi sumus à morte maledicta tam corporis quam animæ. Nam etiam corpus fidelium quorumcumque moriatur propter peccatum Rom. VIII. 10. mors tamen illa aeternum suum amittit 1 Cor. XV. 55. & finis peccati ac miseria transitusque ad vitam aeternam est Job. V. 24. Atque hactenus immunes sunt fideles ab ea morte quam Deus ut penam propriè dictam & horribilis excandescentia sua effectum, homini peccanti interminatus est. Job. VIII. 51. 52. Neque soluta formalē pena à morte fidelium sublatum est: sed & quidquid ad mortis reliquias pertinet, abolebitur tandem per gloriosam resurrectionem. WITSIUS Oec. Fœd. D. I. 4. c. 15. § 17.

§. CIII.

Mis̄io Spiritus S. in die pentecostes ob circumstantias notabilis. Quò verò omnia N. T. beneficia à Christo parata fidelibus adplicarentur, & hi in fructibus meriti Sponsoris consummati lætarentur, mitti debuit Spiritus sanctus ceterus S. effector, nos regenerans, illuminans, justitiae Christi sensum per veram sanctitatem in nobis efficiens, uno verbo factam ἀπολύτησιν obsignans, qui ideo παρέσηλητ@ Joh. XIV. 16. σῶμα τὸ αλλοιοῦ alter index qui indicat occulta, electos omnia docet & omnia necessaria suggerit, quem se Deus redditurum loco nimirum Filii ad Patrem profecti daturum pollicetur, Zach. IX. 12. Joh. XIV. 26. Joh. XVI. 7. nominatur. Hoc Spiritu Apostoli prius baptizandi erant Matth. III. 11. quam abirent ad Evangelium inter gentes prædicandum, hic Spiritus à Christo promissus mox post adscensionem in die pentecostes in sonitu ingenti ὥσπερ φερομένης κνοῖς βιούσε.

648a

tanquam ruentis fatus violenti non ut legem denuo maledictionis pronunciaret, sed suavisimis nunc & uberrimis consolationibus animos fidelium demulceret, descendebat: vehementi illo flatu operationum Spiritus S. efficacia designata fuit. Omnia hic mysteriis plena in effusione Spiritus sancti sive locum, sive diem, sive modum, sive personas, in quas effundebatur. spectes. Aderat, ERASMUS in Act. II. I. „ conf. IV. 31. tamdiu exoptatus ille dies pentecostes quinque, quagesimus scilicet qui Judaeis quoque latet & venerabilis, vel ob annum Jubilaei qui quinquagesimo quoque anno recurrebat, vel quod lex in monte Sinai prodita sit quinquagesimo die ab occiso agno: cuius crux incolumes exierant ex Aegypto. In monte prodita est vetus lex inscripta tabulis lapideis: in cœnaculo prodita est lex nova, per Spiritum sanctum inscripta cordibus credentium. Utrobiique loci sublimitas, utrobiisque ignis. Sed illic nihil aliud quam mons est, quem populus etiam attingere prohibetur, nimirum crassus ac terrenus nec capax rerum spiritualium. Hic in ipso monte domus est, ut agnoscas Ecclesiae concordiam. Illic mons Sinai, qui conveniebat ferendæ legi, qua multitudine præceptorum coerceret rebellum populum. Nam à præcepto SINA dicitur. Hic mons Sion, qui Hebrais sonat speculam, unde despiciuntur omnia terrena, unde per fidem velut è propinquo prospectantur cœlestia. Illic ignis terribilis, fumus, incendium, fulgura ac tonitrua: Hic Spiritus vehemens sed alacritatem adferens non terrorem, & ignis qui non exurat corpora, sed mentes illuminet, cœlestique facundiâ locupletet linguas simplicium. v. 2. Non erat ille Boreas è nubibus frigus adspirans: neque erat Notus è palustribus locis teporem pestiferum adferens corporibus. Hic Spiritus operabatur in illis qui coram mundo contempti quorum pectora dissidiis, odiis & rixis cæterisque affectibus non erant tumultuosa, sed potius plena charitate, humilitate ex

imbecillitatis sensu orta; his addidit robur & alacritatem replebat totam domum, vel cœnaculum in quod magno consensu convenerant, quandoquidem Spiritus S. charisma ta electis ἀκέρως, quum olim guttatum destillascent, quam ob rem non suisse dicitur, erant conferenda. Quum Spiritus descendenter, auditus est sonitus quasi venti magni imperuse ferentis, percepta concusso, visus est ignis, neque tamen hac signa quenquam terruerunt sed omnium animos expergescerunt ad expectationem promissionum Divinarum. Novum ibi accidebat, transmutabantur in cœlestes homines, novis linguis igne cœlesti accensis, loquebantur, &c. Et quum hæc omnia contigerint in templo ubi variarum linguarum gentes cœlesti igne inflammabantur, Doctrinam Evangelii magno sed tamen jucundo sonitu inter omnium linguarum gentes disseminandam, ut impleretur vaticinium Jesiae II. 2. prodit doctrina Sione & verbum Jehovæ Hierosolymis, indicatum fuit.

§. CIV

*Christi in
carne exhibi-
bitio ingen-
tis gaudii
materia.*

Quomodo cumque igitur sive de Christo salutem imprestante sive de Spiritu S. eam adplicante, prædicta intelligamus, Oeconomia N. T. instar demissa ac placide vocis est. Quid enim quæso gratius & acceptius accidere potest, quam si sub miseria constituti vocem liberationis audiant? Mercenarius adspicit ad umbram, ut post labores in solis æstu exantlatos, dulci fruatur quiete, sub V. T. fidèles operibus legis, quibus exercebantur, pressi & defatigati anhelabunt querem & refrigerium, anxiis votis expertentes τὸν καύπες ἀναψίξε-
απὸ προσώπου τὴν κυρίαν Act. III. 19. οὐαὶ δὲ τοῖς εἰς vocantur tempora Evangelii i. e. recreationis & refrigerationis, tanquam ab æstu æruminarum & miseriæ peccatis excitato, hæc tempora quum adpropinquarent, maximum priscis fidelibus attulerunt gaudium, dici nequit quanta lætitia veri Israëlitæ in tanta N. T. felicitate gestientes, fuerint perfusi. Omne refrigerium, lenis auræ adflatus in solitum solis calorem temperans, cuncta animata & inanimata recre-

recreans, imò quicquid mundus possidet deliciarum, umbræ tantum, si Evangelium ejusque ineffabilem dulcedinem, & admirandos effectus cum iis comparaveris: hoc Christum prædicat, quid suavius? Christum הָמְרַכֵּב ipsum loquentem, ea quæ olim sub tot figurarum involucris & ænigmatum ambagibus per legis asperitatem intellectu difficultia & impedita edifferentem, subito mortalium omne genus innovantem, abolitis peccatis ad justitiae regnum, tum quum plerosque suæ vitæ tæderet, (quod rumor & aura quedam lenis famæ secreto per ipsas gentes de venturo Messia sparsa effecerat, uti præciniuit VIRGILIUS Eclog. IV. initio

Magnus ab integro seclorum nascitur ordo:

Jam redit & virgo, redunt Saturnia regna:

Jam nova progenies cælo demittitur alto:)

vindicantem videre atque audire quid amabo dulcius unquam? Ubi demū hanc dissertationē finire, si huic in se suavissimæ considerationi ulteri^o inharere, si jucundissimas Spiritus S. operationes, in quibus admiranda sese prodit efficacia, si quidem licet omnī agat remississimè tamen vitam Spiritualem inter tot malorū dæmonum infidias & letalia peccatorū venena, tuetur, longius enarrare velim. Hic Spiritus novæ ac Divinæ vitæ auctor est, facit, ut fideles cum Christo unum sint 1 Cor. XII. 12. omnium ejus bonorum eos participes reddit 1 Cor. III. 22 23; promissiones Evangelii intimat, inscribit & obsignat in cordibus fidelium Eph. I. 13. hinc dicitur arrhabo hæreditatis nostræ 2 Cor. I. 21. 22, consolatur nos & συμπαρτυρά τῷ πνεύματι ἡμῶν ὅτι ἐσμὲν τέκνα Θεοῦ. Rom. VIII. 16. manet nobiscum in æternum. Job. XIV. 16. Hæc sane fidelium sub N. T. prærogativa est, quod Spiritu à Deo donati, in intimo eum animorum suorum penetranti incolam habeant, qui Divinæ charitatis flamas excitat, ignis facer ecclitus delapsus Lev. IX. 23 24. ad servandus in arâ iugi sacerdotum cura erat, ne extinguetur Lev. VI. 12. is
ignis

Spiritus
Sancti ope-
rations
suavissime
sunt.

ignis Spiritus S. erat symbolum, qui toties ignis vocatur, qui victimas omnes Deo gratas facit Rom. XV. 16. nunquam extinguitur, habitat in electis inhabitacione perpetua, propterea hi templum Dei magis propriè quam Hierosolymitanum illud propter Divinitatis inhabitacionem quam **חֶרֶב** Hebræi dicebant, quodque figura duntaxat fuit illius rei cuius veritas in Christo primùm, deinde fidelibus deprehenditur 2 Cor. VI. 16. In hoc Spiritu καύχημα καὶ χαρὰ gloriacionem & latitiam ob beneficia per Christum parata, quæ olim sub V. T. rigore legis multum obfuscabantur, sed gloriofioribus multo effectis hodie demonstrantur, quam ob causam Βασιλεία τῷ Θεῷ ἐγένετο δικαιοσύνη, καὶ εἰρήνη καὶ χαρὰ ἐν πνεύματι ἁγίᾳ Rom. XIV. 17. nuncupatur, habemus. Quum vero Spiritus Sanctus non veniat cum externo strepitu, sed maximè internè arcana quadam vi atque penitiori insinuatione in conscientiis hominum operationes suas perficiat, unusquisque vel me tacente intelligit, Spiritus Sancti operationes earumque effecta, qua non possunt non perquam jucunda accidere fidelibus uti graphicè describuntur 1 Pet. I. 3. seqq. ab infinita Dei sapientia sub placide ac demissa vocis susurro præfigurata & Oeconomiam gratiæ sub N. T. delineatam sub ejusmodi emblemate fuisse, ex omnibus circumstantiis quæ egregiè conspirant, aliud judicium ferre non possumus, accuratio veteris & N. T. instituta collatio, modi operationum Spiritus Sancti expositio id clarius evincent, verum quum hæc & similia in systematibus abunde sint explicata, obiter tantum quædam notasse & sequentia ex Clar. WITSII Exercit. 23. in Symb. Apost. §. 39. addidisse sufficiat: Sane sola vox Spiritus est, qua animum aruanarum suarum onere pressum erigere valeat. Etiamque & hominum aliquis & angelorum linguis loqueretur, non accedente interno Spiritus instinctu, miser consolator audiet. Unum autem Spiritus verbum plus valer, quam millenni omnium Prophetarum, Evangelistarum, Apostolorum, immo ipsius Domini Jesu externi sermones, sejus-

sejuncti ab interno Spiritus alloquio. Denique quum facta verbis
multo potiora ac potentiora sint, iis quoque non finit se ἀμάρτυρος
Spiritus Dei, fideles quasi manus apprehensoris in conclavia & ad
osculum regis deducens, veleriam in locum convivii ubi pro vexillo
amor est, tāque eos cœlestium mulcens dulcedine deliciarum, quas
terrestres anima nec sapiunt, nec capiunt, & que manna absconde
dicta symbolo eleganter proponuntur, ob hanc præter ceteras ratio
nem, quia nemini nota nisi cognoscata. Spiritus sanctus eo ta
men ordine operatur, ut suas consolationes non nisi corde
contritis & de peccatis serio dolentibus concedat, præcedere
ergo debet *venus magnus & commotio & ignis*, antequam
plenum τῆς χαρᾶς ἐν πνεύμati οὐκ sensum experiamur,
quem certis demum gradibus adsequimur. Spiritus sanctus
nunquam blanditiis suis animos nostros demulcit, quia
simil eos ad Dei amorem, gratitudinis sollicitum studium
& quæstissimæ pietatis praxis acutat. Verum de hisce jam
supra egimus §.XLVIII. O ergo fortunatos nimium Regni
Cœlorum cives si sua bona norint ! O terque quaterque
beatos quibus omnem Dei gloriam ac pulchritudinem quā
amabilis est peccatori in Christo adeo clarè conspicere datur !
O Divini maximè amoris in Spiritus Sancti efficacissimis &
jucundissimis operationibus stupenda miracula ! O ma
jestatem, efficaciam, præstantiam ac claritatem Sancti Spiritus
operationum, quibus nos miserrimos homunciones omnium
Dei thesaurorum & immensa illius gratiæ fruitionem infalli
biter consecuturos fore convincimur !

§ CV.

Quum Evangelii per Apostolos jussu Servatoris post
effusionem Spiritus Sancti Act. I. 7. prædicari sonus exiret in
omnem terram, dici nequit quanta cum hilaritate gentes
Evangelium, postquam à Judæis abjectum spretumque esset,
per eorum quippe offendam salus obligit gentibus, eorum offendit
fuit opulentia mundi Rom. XI. 11. 12. excepterint Act. XIII.
46. 47. 48. prædixerat id cum singulari affectu Esaias c. LII. 7.

Quam

*Evangelie
prædicatio
gentibus
grata, & e
gregios ha
buit effect
& facta ce
leriter.*

Quam speciosi sunt pedes evangelizantis, pronunciantis pacem, evangelizantis bonum, pronunciantis salutem; dicentis Sioni, regnat Deus tuus. Major ibi evenit mutatio quam olim in publicatione legis, ibi accidebant vehementissimi tonitruum fragores, fulgetrorum internitentium vibrationes, spissæ caliginis nebulæ, atri vapores, concussio montis Sinai adventum Dei sentientis tremor, hic verò ad promulgandum F. G. inter gentes Deus mediis coram mundo contemptis, vilibus, ac rei gerendæ minus idoneis usus est instrumentis *1 Cor. I. 27. 28. 29. II. 4.* Apostolis scilicet, eorumque συνεργοῖς nulla secularis sapientiæ claritate conspicuis, nulla Græca Romanæ eloquentiæ suadâ instructis, ad Regnum Christi inter gentes hastenus à populo Dei & Testamentis Gratia ab alienatas, frementibus licet inferorum portis, contradicentibus Philosophorum scholis, erendum, quod admirabili contigit successu, plus effectum est per verbum Christi ab Apostolis mediante Spiritu illius prædicatum, quam horribilia signa in Sina monte; hæc subvertebant montes & concutiebant terram, illa inserviebant ad convertendos & ex tenebrarum abyssو in R. lucis protrahendos miseris homines. *Et sanè quis non ipsa rei mirabilitate obstupescat, quum eos qui à condito avo lapidibus, & lignis, & demonibus, bellisque humana carne vicitatisibus & republibus venenatis, animalibusque omnis generis & feris informibus, IGNIQUE & TERRÆ & ipsius universi inanimatis elementis, Divinum honorem & cultum tribuebant, Altissimum Deum & cœli ac terra opificem, ipsum utique Prophetarum Dominum,* Deumque Abrahams & avorum ejusdem, post Servatoris nostri adventum, videat invocantes? EUSEBIUS Demonst. Evang. l. I. c. 6. Quæcumque per Evangelium inter gentes evenerunt, eò faciunt, ut certi simus, hunc nostrum Jesum verum & unicum Messiam esse, cuius verbo & spiritu tam stupenda opera, quibus simile vel suppar ab omni retro antiquitate neque vidit neque audivit quisquam, peracta sunt, Mira cele.

celeritate brevissimo temporis spatio Evangelium quasi per totum orbem instar fulgoris rutilabat, Deus *volitabat super alas venti Ps. XVIII. 11.* Verba salutis instar *lenis aure* celeriter non minus quam efficaciter penetrabant ad illos, qui haec tenus in umbra mortis sub potestate tenebrarum principis constricti tenebantur. Et licet nondum in omnes mundi partes exiverit sonus Apostolorum, quum phrasium S. scripturae universalitate Rom. X. 18. Col. I. 6. Marc. XVI. 15, duntaxat indicetur, nullo terrarum gentium modo discriminare extra anni solisque vias longe lateque propagatum esse Evangelium Christi, tamen expectamus beatum illud tempus, quo plenitudo gentium introeat.

§. CVI.

Revelato Messia debuerunt adhaerere populi Gen. XLIX. 10. qui prædictus tanquam *expectatio & desiderium gentium Hagg. II. 8.* Non amplius Ecclesia angustis Cananæ limitibus coerceri, sed per totum orbem colligi & conservari debuit, maximè postquam templum Hierosolymitanum tanquam ceremoniarum Sacrarum sedes destructum est: Summa sane Dei sapientia ex eo elucet, quod non prius abdicaverit veterem populum, quam novum è gentibus collegisset, non percutsum fuit templum anathemate ante quam domus Dei spiritualis è lapidibus vivis esset ædificata i Pet. II. 5. Si enim ante Reipublicæ Judaicæ eversionem Regnum Christi inter gentes non illustre factum, Christus Rex sine Regno potuisse videri.

Christi Ecclesia per totum orbem collecta antequam veterem populus abdicatus.

§. CVII.

modo Ecclesiam N. T. gubernandi aliquatenus etiam admodum sunt poenæ quibus visi à reprobatis puniuntur, quemadmodum enim Spiritus Sancti operationes verè spirituales, ita etiam plerumque poenæ immittuntur spirituales illis, qui Spiritum Dei non tantum contristant, verum etiam eidem semper resistunt, hi demum morti spirituali & æternae traduntur. Varia quidem sunt etiam poenarum temporalium

Poenæ quibus sub N. T. contumaces coercentur, statu illis sunt adcommodeatae.

Q

gene-

genera quibus in justitiae Divinae exemplum contumaces corripiuntur, verum hoc demum contingit, quando peccatores neque minis neque promissis faciles aures præbent, flecti & pœnitere nescii, atque ita in impenitentia ad finem usque perseverant. Sub V. T. quando quis in minimis impingeret, statim secundum legem dare poenas cogebatur, post Christum exhibitum etiam supplicia mitigantur & non adeo severè puniuntur delicta quò ita ἀναπολόγησοι reddantur impii. Grave interim Dei ejusque foederis contemptores manet judicium Hebr. X. 28. *Qui apernatus fuerit lezem Moysis absque misericordia moritur ex diuorum aut trium testimonio. Quanto acerbiori supplicio dignus censebitur, qui Filium Dei concubarit & sanguinem foederis per quem fuerat sanctificatus, profanum duxerit & Spiritum gratia contumeliam afficerit.* De variis infirmitatibus, electis, quamdiu in hoc mortalitatis ergastulo versantur, adharentibus, μεθοδέαις τῷ διαβόλῳ, insidiis diaboli, quas tamen gloriosè vincunt & portum salutis salvi ingreduntur, dicere temporis angustia non sinit.

§ CVIII.

Licet nulla talis mutatio, quam haec tenus vidimus, respectu F. G. futura sit, restat tamen concusio & mutatio totius universi, de qua Petrus 2 Ep III. 10. *Cœli cum strepitu & fragore transibunt, elementa vero æstuantia solventur, & terra, queaque in ea sunt opera, comburentur, hæc verò signa antecedent illa de quibus §. LXXXVIII. Σαλεῖν δὲ τὴν κτίσιν τὸ τοῦ ἐναλλάσσοντος, ἵνα μένη τὰ μὴ σαλεύοντα, τουτοι, τὰ μηδέτε μένοντα σαλεύεσθαι τοῦ αἰματοσφεροῦ, ὡς εἰ ἔλεγε: διὸ τότο στέος τὸς ἐναλλάσσοντος τῆς τε πόνων μένη κατὰ χάρχη μηδέτε μένοντα σαλεύεσθαι τὸς ἐναλλάσσοντος, μὴ ἐναλλάσσομενος δὲ ἐκεῖνος ἐκ τοῦ μένει σαλεύεσθαι, ἀπαξ γάρ τὴν πρῶτην ἐναλλαγὴν δεξάμενα, ἀφθαρτα ἔσται. Tunc autem concusiet & immutabit creaturam, ut maneant ea, quæ non concutiuntur, hoc est, quæ jam non amplius concutienda sunt, aut immutanda.*

TAM-

Tanquam diceret: Propterea concurrit & immutat creaturam, ut deinceps suo persistant loco que non amplius concutienda aut immutanda sunt. Quae verò non immutantur, merito non amplius sunt agitanda: nam ubi semel primam mutationem suscepimus, incomparabilia erunt. **OEUMENIUS** ad Hebr. XII. 27.

§. CIX.

Dum ferè in portu navigamus, memores sumus illius vulgati: *promissa cadere in debitum*, adeoque quum in fine §. LIII. spem fecerimus, tria illa prodigia, *ventum, concussum & ignem*, singularem ad formam quoque administrandi F.G. sub N.T. habere respectum, nos demonstraturos, verbo saltem monendum, hanc sententiam lucem foenerari ex *Act. II. & IV. 31.* ibi enim eadem signa recensentur, SONITUS è Cælo tanquam ruentis flatus violenti, SUCCUSSIO loci in quo precabantur, IGNIS in dispertitis linguis, quibus portentis corda hominum sunt commota, ventus derepente extitit, siquidem non longè post Apostoli veluti rote in quibus spiritus vitalis propellebantur ad prædicandum Evangelium inter gentes, illorum sonitus audiebatur, tanquam sonus aquarum multarum, sonus omnipotens, sonus conflitus quasi sonus exercitus *Ezech. I. 24.* Ipsis ventis Deus usus est ad Evangelium inter gentes adiungiandum §. XX. eo respexit Servator *Luc. V. 4.* Navigatione enim patet via ad prædicandum verbum Dei; das Evangelium bahnete sich einen Weg über den ονιανὸν ἀνεργυτὸν Oceanum vorüber nicht zu fahren ist, vid.

CAVE! Einleitung anlangend den Fortgang der Christlichen Religion, und die zehn Verfolgungen wider dieselbe *Antiquitatibus Parum prefixamp 17. & seqq.* VENTUM insequebatur CONCUSSIO, vehementer exoriebantur motus ob Evangelii prædicationem, excitatus demum fuit IGNIS sub decem magnis persecutionibus, nullum ibi supplicii, quod hominum malitia & vesanus furor unquam excogitare potuit, genus adeo crudele, quo non affecti fuerint Evangelicæ veritatis confessores, gladii, cruces, ignes, mille mortis genera

Q 2

Chri-

Sub initia
um N. T.
eadem si-
gna venti,
concu-
sus & ignis
fuere visa,

Christianis parata. Explorabuntur fideles per ignem, quando tunica induit molestia uti vocatur à JUVENALI *Satyrā* 8. v. 235. vestis fuit, prout exponit *Vetus Scholia* apud *juvenalem ex charta facta*, pice inlata, in qua ignibus pena addicti ardere solent, quæ pena omnium, quas ob testimonium Christi fideles perpessi sunt, gravissima existimatur.

§. CX.

Tristissima nostrorum temporum facies penitentiam & pietatem suadet.

Hæc etiam quæ vivimus tempora, sane sunt luctuosissima, tum ob jaçtantam undique procellarum fluctibus Christi navim, tum ob omnis generis flagitia impunè grassantia, bonæ enim leges dormiunt, verbum Dei contemnitur & concultur, tenues pariter atque magnates viam Iehova ignoranti. *Jer. V. 4. 5.* peccatorum nostrorum cumulus indies augetur, vanitas latius major quam unquam antea fæse diffundit, criminibus nostris vindicta Divina provocatur & quum crescant sceleræ, augetur pena, testantur id sublati undiquaque de injuria temporum, vietiū & illorum quæ ad hanc vitam requiruntur penuria, adeoque benedictionis Divinæ defectu, clamores, planctus & lamentabiles voces, O miseros mortales tantorum malorum causam nescientes! Divini scilicet verbi contemptum, resipiscientiæ, fidei, ejusque fructuum, charitatis, sanctitatis &c. defectum, tantorum malorum lernam. Mœstissimis questibus Ecclesiam præprimis Christi ob undiquaque ingruentes persecutio[n]es, tormenta & clades, quibus accedunt gravissimæ minæ, quas veritatis hostes contra Prophetas Domini, instar furentis Jesabelis evomunt & os quasi aperiunt uti *draco magnus Apoc. XII. 3.* ad devorandum cœtum fidelium, impleri quis ignorat? Verendum meritò est, ne hæc tantum sint malorum primordia, futurorum motuum, & procellarum infusa præfigia ac mala tempestatum omina. Justam Dei ultionem jamdudum peccatis nostris promerui[mus], ab omni quippe idolatria, quæ subtiliori longe quam olim modo committitur, non sumus liberi, plus temporis haec tenus mundo ejusque elementis dedimus quam cultui di-

divino, quæ maxima idolatria est omnibus suppliciis digna: Spiritualis corpor, quô toti quanti obruimur, neglectus officiorum in verbo divino præscriptorum, famem audiendi verba *Iehova Amos.* VIII. II. meretur. Caveam ergo ne pristinis peccatorum viis ulterius insistamus. Ecce medium ab ira Dei & insecuris judiciis effugiendi nobis offertur, seria nimis pœnitentia. Sedulò curandum ne *divitias benignitatis* Divinæ, quæ nos ad *reprobationem* ducit, contemnamus *Rom. II. 4.* Quando gravissima nobis imminent mala, periculorum magnitudo à peccatis nos abstergere debet. Unumquemque faciem suam coram Deo omniscio obvelare oportet, & serium de peccatis concipere dolorem, ad Christum unicam salutis causam se recipere, ei verâ fide, ne in æternum dimoveatur, inniti. Jugiter in timore Dei tanquam cuius oculis omnia intime sunt patentia, versari debemus, nobiscum reputantes, quanta sit nostra indignitas, *soror & adoratio*, quanta è contra Dei Majestas & infinita clementia, qua abuti summum sanè feelus & damnabilis ingratitudo. Ita tamen de misericordia Divina sentiamus, ne ejus justitiae, cuius severissima exempla antiquioribus temporibus *εἰς τὸν ἵμερόν διδασκαλίαν* *Rom. XV. 4.* prodita esse historia sacra memorat, oblivio nos se-euros faciat. Seriò nosmet exploremus, numne officiis nostris ita fuerimus defuncti, quemadmodum Iex Evangelica requirit, insignia enim quæ nunc sub N. T. exhibentur gratiæ beneficia, enixius veræ pietatis & sanctitatis studium postulant, si quæ defuerunt ea in posterum secundum dictum Spiritus Sancti, abnegata hujus mundi vanitate & foedis affectibus qui coram Deo alienus ignis, pie, integre & justè viventes suppleximus & probè simus memores nos aliquando quemque de donis sibi concretis coram tribunali Divino responsuros. In id incumbamus ne Spiritum Sanctum contristemus, internis illius compellationibus, convictionibus & suasionibus resistendo atque ita ejus motus suffocemus, sed potius ignem hunc sacrum sollicitè custodiamus ne extinguitur, eum *εγαλωποῦμεν* *2 Tim. I. 7.* ut in nobis ceu templis habitare

pos-

possit. 1 Cor. III 16, 17. VI. 19. 20. Opera danda est ut quotquot Spiritus Sancti facti sumus participes, illum in nobis habitare sciamus, hac enim re ignoratam, unionis nostrae cum Deo & Christo, in qua totius nostrae salutis cardo vertitur, certi esse non possumus. Non desinamus immense gratiae & nunquam satis de praedicandæ misericordia Divina, quæ nos hucusque tam clementer, ne cum judicis celeriter immisso in voraginem æterni exitii abriperemur, tulit, immortales persolvere grates, supplices orantes, ut Benignissimum ac potentissimum Numen impietati, quæ velut pestilentissima lues ubique proh dolor! grassatur & mirum in modum cristas erigit, obicem ponat, ne in posterum pietati prædominetur.

§. CXI.

Illorum verò maximè quos Christus Ecclesiæ suæ Doctores constituit, officium est Eliæ exemplum imitari 1. demandato munere strenue fungi, sine ullo personarum respectu, προσωποληγία enim novi foederis ministros admodum deformes reddit, peccatores seriò reprehendere. 2. Non cum carne & sanguine deliberationem inire, vel animo frangi ob imminentia pericula & quum experiuntur omnes reprehensiones, doctrinas & saluberrimas admonitiones in mentibus auditorum nihil efficere, suffici Divina promissio: *nam et si simplicibus Dei iubis absque hesitatione & mora obtemperandum est, prudenter & graviter inquit CALVINUS in EX. III. 10. tarditati tamen nostræ consulere Deus volens, promitti non vanos fore, nec inutiles nostros conatus:* cadant igitur non omnia ex voto, tumultuentur reprobri, irascatur mundus, fremant hostes, ringat diabolus & cruentas cieat persecutions, mediis ex flammis Deus suos liberare novit, in cuj' ergo manu omnia sunt remedia & evenitus, ei tutò successus committitur, hinc 3. in munere suo fideliter versari, nihilque, quod cultus Dei & vera pietas stabilitri possit, prætermittere, licet legationem odii plenam, quæ plerumque hominum animos in furorem accendit, perferant. 4. Verorum Dei ministrorum est collatis dotibus recte uti, ut in illi-

*Quedam
Evangelii
praconum,
qui Eliam
imitari de-
bent, officia.*

illius lucrum erogent bona fide, quod ab eo acceperunt, olim rationem de commissis sibi *minis* reddituri *Luc.* XIX. 12. &c. Licet merces (quæ tamen ex sola gratia confertur) non adeo ampla videatur in mundi oculis, hujus enim gratia rara est, præter convitia, contumelias & persecutiones, justitiae præcones *vel nihil vel exiguum* valde reportant, neque aliud quid Jesu Christi discipulis & servis, quorum conditio cā quæ fuit Domini, melior esse nequit, expectandum, firmiter interea sint persuasi se sub illius auspiciis omnium fore victores & largam olim recepturos gratiam & gloriam, ubi qui erudierunt & justificarunt multos splendore expansi ut stellæ in sempiterna secula splendebant *Dan.* XII. 3. 5. Quum Deus in mediis judiciis misericordiæ sua memor indoleat, Evangelii ministri enixi suspiriis, gemitibus atque ardentibus precibus adiutoriis infidelium poenitentiam Deo commendent, impiorum enim hominum magis desiderandam esse respicientiam quam perditio nem & sustinendum potius peccatorum ad tempus quam subiit perendum pie monet *CLARIUS* supra citatus. Abiit ergo à Prophetis N. T. qui quod sunt, Dei gratia sunt, *1 Cor.* XV. 10. ut irregenitum suam felicitatem, quam omnibus viribus promovere potius debent, in videant, *Tunc* Ninivitarum interitum, cupientis factum Deo quam maximè displicuisse cap. 3. ejus Prophetæ exponitur. 6. Etiam si Ecclesia conditio aliquando mortifina, ut non conspiaciatur, nunquam tamen esse definit; verum quidem est, quod ut omnes & singuli fidèles interdum in sanctitate sunt labiles & à vita via deflectunt, ita Ecclesiam suas interdum pati vicissitudines, *mox* crescit in cognitione & amore, *mox* vero primum amorem amisisse dicitur, & inde est, quod externus status multas fitbeat vicissitudines, *mox* adparet splendida, *mox* ut sumus descendens, *vel* fieri potest, ut externa ejus pars in curvas vias deflectat, non solum respectu professionis sed etiam cultus, quando scilicet ut tempore *Elia* idolatriæ conspurcat, certum interim cā quod veram & internam Ecclesiam attinet eam perpetuo conservari, quod ex efficacia meriti Christi, quo fideles redenti & ex promissionibus S. Scriptura evidenterissimum sit, omnis itaque anima desperationis etiam cum quum desperata omnia videntur, Evangelii Doctoribus praescinditur. 7. Id sibi Evangelii præcones denique negotii datum esse credant, pro Salute Ecclesie pia fundere vota, ut in posterum *Rex Regum* & *Dominus dominantium eam* sub umbra alarum suarum protegat, illius hostes prosternat, præprimis ut magistris sui timorem, quod puriorem ubique religionem *defensores fidei* custodian & pro vera militent pietate, ne denuo cum

Elia

Elia de Sanctorum defectu & religionis barbarie conqueri necesse habeamus, inspiret. Haec sunt H. L. quæ de præsenti materia in lucem emittimus, non alium in finem quam ut ὑπερβαλλον μέγεθος τῆς δυνάμεως ηγετοφίας τε Θεός pro virili & tantum balbutiendo agnoscemus & concelebremus, illa enim quæ imperfscrutabiles Dei vias illustrare valent, non parvi pendenda esse debitus in Deum & veritates revelatas affectus suadet. Spes nobis hic certa enatetur neminem ex æquis rerum æstimatoribus de hisce pagellis iniquè judicaturum, quod quæ innocenter & piè meditari licet, ob evidentem verisimilitudinem ostendere simus conati. Si vero cui fecus videatur litigare contra nostrum non est. Cum is qui nihil approbat, nisi quod ex illorum arbitrio agitur, quive infanabili rixandi, calumniandi, maledicendi que cacoethè impelluntur, nihil nobis negotii. Lectores candidi, quorum in pectori Christiana charitas adhuc æstuat, non idem cum his sentient, Quæ hucusque dicta sunt, si per tempus licuisset in aliun ordinem vel redigi, vel suffici, (quum multa siccò pede præterire debuerimus e. c. num ea quæ in visione hac enarrant revera contigerint, vel sola specie oculis mentis representata, & quæ similia) deduci nullo negotio potuissent. Interea Benevoli lector hanc dissertationem æqui bonique consule & si quid inveneris quod non satis arrideat ne in finistrum sensum rapias, iterum atque iterum rogamus,

§. CXII.

Conclusio.

Ceterum immortali Numini mille obftriū vivimus nominibus, pro in nos collatis beneficiis præprimis in elaboranda hacce materia clementissime nobis concessa gratia, debendi rei gratias, quæ seculorum caducitas non capit, in æternitatem differimus omnibus nostris votis id unicè expentes & humillimis precibus à D. T. O. M. efflagitantes, ut verbum suum nobis purum tueatur, adflistam Ecclesiam consoletur ac contra clandestinas hostium machinationes medios inter motus defendat, fideles Ecclesias largiatur Servos præclaris eotibus instructos & zelo pro gloria Dei accensos, qui Eliæ ad Exemplum αὐτὸς εἰχότας ἔχοντες vestigiis Summi Doctoris Iesu Christi insistentes in seculi nostri mores acriter inveniantur, neque minas neque brachium humanum metuant, quod demum emenit hujus vita studio vere *Helioi* cum Elia & omnibus piis ad beatos coelites superatis ærumnarum scopulis & misericordiarum montibus, transferantur in immobile illud æternæ felicitatis regnum non amplius Dei לְפָנֵי יְהוָה אֱלֹהֵינוּ sed eum de facie ad faciem visuti & inconcussa tranquillitate fruuntur. Detbenignissimum Numen, et vivamus tempora quo fluris sol mutetur in tenebras, luna convertatur in sanguinem atque stelle antichristianismi de caelo decidant, ut plenitudo gentium introeat & totus Israel salvetur. Concludim⁹ illo Paulino Hebr. XII, 28. 29. Quapropter regnum capessentes, quod concuri nequit, teneamus gradiam, per quam servianus Deo, ita ut ei grati simus cum verecundia & reverentia. Etenim Deus noster ignis est consumens,



ADDITAMENTA.

I.

*D*ies Christi quem Abrahamus vidit fuit tum dies exi-
nitionis tum exaltationis.

II.

Ecclesia sub Promissione non solum inclusa fuit in Fa-
milia Patriarcharum.

III.

*Ex loco Pauli ad Hebreos XII. 21. male colliguntur
traditiones.*

IV.

*Frustra quidam hodie adparitiones Angelorum cre-
dunt.*

V.]

*Fides implicita Pontificiorum circa objectum errare
videtur.*

VI.

*Judeorum conversionem ante ultimum judicii diem
futuram adeoque nondum factam contra H. Grotium adseri-
mus.*

VII.

*Qui ἀποκατάστατοι τῶν πάγτων ita defendant, ut damna-
torum spirituum ad salutem restorationem credant, perver-
sum redemptionis per Christum factæ conceptum fovent, at-
que Divinam justitiam lēdunt.*

R

VIII.

VIII.

Nulla justitia coram Deo valet nisi Jesu Christi, quæ per fidem unicuique credenti imputatur.

IX.

Fuga Pastorum tempore persecutionis non adprobanda est.

X.

In Epistola Judæ v. 9. Μιχαὴλ ἐσχόληγετο solus Christus est,

XI.

Cui ἐν non Diabolo illa verba ἐκ ἑτοίμησε πρίσιν ἐπεγκέν βλασφημίας, ἀλλ' εἶπεν. Ἐπιτιμήσαι τοι Κύρον. Non ausus est impingere judicium blasphemiae, sed dixit increpet te Dominus, attribuenda sunt.

XII.

Quando Elias 2. Reg. II. 2. 4. 5. Eliæ dixit Jehova mittit me Beth-El usque, mittit me Jerichuntem, mittit me ad Jordanem, nihil, quod veritati contrarietur, commississe censendus est.

III.

Velata

III.

X

Velata facie veritus quam ΘΕΙΟΦΑΝΕΙΑΝ
 ELIAS Vates voce Dei trepidus,
 Hanc Tu submoto Velo clarissime WALTER
 Dum lustras PEPLVM Te meruisse probas.
 Quas nutrit Lanus, Rhenus, Nicer atque Visurgis
 Artes palladias, Te didicisse juvat.
 Notus eras dudum Doctis ex ΒΙΒΛΙΟΦΑΓΩι,
 Virtutes omnis Musa Tuas celebrat.
 RINTHELIVM nunc Te symmystam deveneratur,
 Doctorenque colit Te studioſa cohors:
 Quapropter meritos latus Tibi grator honores,
 Spiritus ELIÆ Te regat atque tegat;
 Non turbo rapidus turbet, non motio Terræ
 Terreat, aut ignis fervida flamma furat.
 In leni Deus est aura, qua pectore mites
 Tranquillat, fulcit, sustinet atque fovet.
 Ista Tibi semper spiret secunda, secunda,
 Hoc voyeo, LENIS sit DEVS AVRA Tibi.

*Viro admodum Reverendo & Clarissimo,
 suo quondam Heidelbergæ Auditori
 gratissimo, nunc Candidato dignissimo,
 Affini dilectissimo sinceræ amicitiae
 τεκμηριον*

L. M. Q. P.

JOH. CHRISTIANVS KIRCHMEJERVS,
*S. Theol. D. ejusdemque Prof. Pr. & Con-
 fil. Ecclasiast.*

VIRO

V I R O
Admodum Reverendo, Nobilissimo & Doctissimo
C O G N A T O S V O
Honoratissimo Dilectissimoque
pro GRADV LICENTIÆ
disputaturo,
Χαρεῖ καὶ εὐφραττεῖ.

Ergo, bonas artes teneris qui *doctus* ab annis,
Doctoris quaeris jure brabéa Tibi!
 Hoc pretium studii vigilatorumque laborum.
 Haec Pallas meritis praemia digna refert.
 Gratulor ex animo summos, quos ambis, honores,
 Utque diu viyas, dulcis Amice, precor.
 Sic Christum *doceas* & puro pectore serves:
 Nam Christum discens omnia *doctus* eris.

Sic optat & gratulatur
ολοπεδίως

FRANCISCVS VLRICVS RIES,
P. P. O.



Fd 2979

ULB Halle
002 711 796


3



TAZOL

NC





DISSERTATIO THEOLOGICA IN AVGVSTALIS, V.
 DE
**ADPARITIONE DEI
SYMBOLICA** 32 33
 AD
ORACVLVM
I. REG. XIX. II. 12. 13.
 QVAM
 D. T. O. M. CLEMENTER ADIVVANTE
 EX DECRETO ET AVCTORITATE
 VENERANDI ORDINIS THEOLOGICI
 IN PERINCLVTA ACADEMIA MARBVRGensi
 MODERATORE
 VIRO MAXIME REVERENDO ET EXCELLEN-
 TISSIMO
**IOH. CHRISTIANO
KIRCHMEJERO,**
 S. S. THEOL. DOCT. ET PROF. PRIMARIO, NEC NON CONSILIARIO
 ECCLES. MERITISSIMO,
 STVDIORVM SVORVM PROMOTORE NVNQVAM
 NON DEVENERANDO
 AD SVMLOS IN THEOLOGIA HONORES RITE CAPESSENDOS
A. D. V. NOVEMBRIS MDCCXXVI.
 EXCELL. DNN. PROCERVUM ACADEMIÆ DISQVISITIONI
 SVBMITTIT
FRANC. VLRICVS WALTER,
 PROF. LING. GRÆC. IN ACAD. RINTHELENSI P. O. ET ECCL. REFORM.
 PASTOR. ah.

MARBVRGI CATTORVM,
 TYPIS PHILIPPI CASIMIRI MÜLLERI, ACAD. TYPOGR.